HIPPOCRATIS APHORISMI

NICOLAO LEONICENO VINCENTINO Interprete.

VNA CVM ANNOTATIONIBVS quibuſdam, & circa textum præcipue

IOANNIS MANELPHI Eretani Sabini

Medici, & Philoſophi Romani, à quo in hac ſecunda editione plurimæ aliæ annotationes adiectæ fuerunt.

Acceſsit etiam locupletiſsimus index, in quo Aphoriſmi ſub ijs materijs ponuntur, ad quas attinent.

Biblioth. Scholarum Piarum

Professi Romani



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Apud Manelphum Manelphium 1646.
SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Io: Baptiſtæ Subiſſati Bipliopolæ prope Collegium Romanum.

124921

Digitized by Google

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs.
Domino

LAVRENTIO RAGGIO

Sanctiſsimi D.N. Theſaurario Generali.

NOn mihi viſus ſum facere maius pretiũ operæ, quàm hoc opus immortale Manelphij Immortalitati offerre nominis tui. Auctorem habes iamdiù in plauſibus famæ triumphantem, & (quod raró contingit) Po-

ſteritati etiam ſuperſtitem ſuæ. Audit enim ille viuens laudum ſuarum epynicia, quibus vix rari poſt Cineres excipi ſolent ſpectatæ virtutis viri. Nimirum Machaonum oracula mirè edoctus nouit feliciter Prodromos mortis profligare morbos, mortemque ipſam vel frangere, vel ſaltem retardare nō ſemel potuit, vt proinde plurimorum etiam Principum vita beneficium ſit, & monumenta Manelphianæ virtutis. Tàm luculenti auctoris opus

dum iterum ad lucem euocare publicam Conſtitui, non ab re facere videor, illud Conſecrare tibi, vt pote non ignarus, quàm impensè faueas glorioſis ingeniorum Nominibus Illuſtriſs. Pręſul, qui plenior vita, quàm annis, neque iuuenile præferens aliud, quàm ætatem, & vultum, ad maturitatem honorū inter Vrbis plauſus graſſari Contendis, cogens auitas opes fieri tibi inſtrumenta Virtutum, & aurea ad gloriam Calcaria. Porrò vt id etiam

Con-

Conſilij ipſe Caperem feliciùs, in Conſilium adhibui famam, quæ falli, & fallere neſcia, ambitioſe prædicat amorē; quo proſequi eos Cōſueuiſti, quos extra vulgi aleam poſuit eximia virtus. Quarè ſi non meum, debes ſaltem iudicium excipere famæ, & Vale. Kal. Iunij 1646.

Illuſtriſs. Dominat. tuæ

Humill. ſeruus

Io: Baptiſta Subiſſatus.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Sacratus Epiſc. Comacl. Viceg.

Imprimatur,

Fr. Hiacynthus Pandulphus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. F. Vincentij Candidi Sac. Palatij Apoſtolici Magiſtri, Ordinis Prædicatorum.

Digitized by Google

Errata ſic corrige.

Pag.	45. lin.	17. repletione,	*repletioni*.
	54	3. colotiora,	*coloratiora*.
	86	20. febre,	*febres*.
	87	9. conulſiones,	*conuulſiones*.

HIP.

HIPPOCRATIS APHORISMI

Nicolao Leoniceno Vincentino Interprete.

LIBER PRIMVS.

Aphoriſm. I.

VITA breuis, ars verò longa, occaſio autem præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolùm ſeipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora.

Videretur mihi hæc prima ſententia aphoriſmorum proemium totius Operis aphoriſtici appellanda eſſe. Siquidem Auctores apud omnes quicumque aphoriſmi ad duo capita

Digitized by Google

potiſſimum reducuntur. Vel, inquam, ſignificatiui ſunt omnes aphoriſmi, vel curatiui. Significatiui docent ſigna morborum: cuiuſmodi exẽpli gratia, aphoriſmus ille legitur 6. libri, In pleuritide ſuperueniente alui profluuio malum eſt: vel ſimilis alius, huic proemio ſubſequens, In perturbationibus ventris & vomitibus ſpontinis ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt. Curatiui autem aphoriſmi illi dicuntur, qui modum curandi exhibent: vt puta inter cæteros, Concocta medicari, atque mouere, legitur 2. aph. Sed ſic eſt, vt ad noſtram redeamus, ſupradictam primam ſententiam, neque modum curandi tradere; neque ſigna morborum. Ergò aphoriſmus appellanda non eſt: ſed potius proemium, vel Præfatio.

Vide Hipp. lib de veratri vſu 4. aphoriſ. 3. 1. aph. vltim. 6. epid. ſect. 4. tex. 12.

2 In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contrà. Sic & vaſorum inanitio ſi talis

fiat,

ſiat, qualis fieri debet, confert, & bene tolerant; ſin minus, contrà. Inſpicere itaque oportet & regioné, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conueniat, aut non.

Verba ſic & vaſorum inanitio, græcè κενεαγγείη leguntur: quæ dictio inediam ſignificat ex Gal. in lib. de articulis comm. 3. tex. 56. com. 2. 1. de rat. victus in morb. acut. tex. 28. 48. 49. 50. Aphoriſmus igitur iſte non purgatiuus, vt opinatur, verum diætεticus eſt.

3 Habitus exercitatorum, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremo conſtiterint; neque enim poſsunt in eodem permanere, neque quieſcere. Cum verò nõ quieſcant, neque poſſunt proficere in melius. Reliquum eſt igitur vt decidant in deterius. His de cauſis, bonum habitum ſtatim ſoluere expedit, vt corpus rurſus nutriri incipiat. Neque compreſſiones ad extremum ducendæ: (periculoſum enim) ſed qualis natura fuerit eius Vide S. Baſilij ſerm. 2. de ieiunio.

qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculoſæ. Et rurſus defectiones, cum extremæ fuerint, periculoſæ.

Hic aphoriſ. pertinet etiam ad diætam, quamuis exemplo vtatur aliarum euacuationum.

Dictio exercitatorum non communiter hic intelligenda eſt, ſed in particulari, & de athletis præcipuè; nam in tex. græco ſic habetur ἐν γυμναστικοῖς αἱ ἐπ' ἄκρον διαθέσιαι σφαλεραὶ, hoc è in gymnaſticis, qui ad ſummum boni corporis habitus. Athletæ autem vocabãtur illi, qui in gymnaſiis exercitatione mediante, nec nõ multa edacitate bonum habitum adepti fuerãt: qui bonus habitus in habitudine corporis craſſa, & carnoſa conſiſtebat. Habitus ergo athletarum, cum in sũmo fuerint, inſtabiles ſunt, inquit Hipp. & in inferioribus probat: Inſtabiles, inquam, non periculoſi legendum eſt; quamuis etenim in deterius dicti habitus labantur, vt docet Hipp. attamen

tamen lapſus iſte abſque periculo perferri valet: ideo non periculoſi, ſed inſtabiles legendum eſt, cum etiam græca dictio σφαλερὸς propriè inſtabilem ſignificet, fallacem, lubricum.

Dictio vltima defectiones, an melius, refectiones legeretur?

4 Victus tenuis, atque exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis verò, in quibus non conuenit, periculoſus. Et rurſus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues sūt.

Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται ſūt verba græca aphoriſmi, hoc eſt Diætæ tenues, & exquiſitæ. Diæta autem non conſiſtit ſolū in victu, ſed in omnibus ſex rebus non naturalibus, vt notat Phœſius in verbo proprio, atque etiam Gal. com.3. in lib.3. epid. nec non ſect.4.6.lib.epid. & alibi. Vtrum ergo de his etiam omnibus intelligat Hippocrates?

Præterea dictiones tenuis, & exquiſitus cumulatiuè intelligēda ſunt,

non disiunctiuè in hoc aph. vt ex dictione x̄ *colligitur.*

5 In tenui victu ægri delinquũt: quo fit vt magis lædantur. Quicumque enim error cõmittitur magnus, maior in hoc fit, quam in paulo pleniori victu. Propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit valde exquiſitus victus & conſtitutus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atque admodum exquiſitus eo, qui ſit paulo plenior, magis periculoſus.

Post illa verba, propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit valdè exquiſitus victus & conſtitutus, legendum eſt etiã, & tenuis, iuxta græca verba.

6 Extremis morbis, extrema exquiſitè remedia optima ſunt.

7 Vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Vbi verò non, ſed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quantò morbus extremis eſt mollior.

In

In hoc aphor. fuit dictio igitur ab interprete relicta: nempè ita legendũ eſt, Vbi igitur morbus peracutus eſt; & quæ ſequuntur. Et ſic ab eadẽ quoque dictione concludi valeat hãc ſententiam eſſe partem ſuperioris.

8 Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt.

In hoc etiam altero aphor. relinquitur dictio autem. Quando autẽ morbus in ſuo vigore conſtiterit, legendum eſt. Vnde præſens oratio quod vna ſit cum duabus præcedentibus, aſſerendum eſt.

9 Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat, atque hebeteſcat. Idem 2. acut.

Hic aphoriſmus pendet à ſuperiori, vt conſtat ex dictione autem, & diateticus eſt, quemadmodum alij præcedentes.

10 Quibus igitur ſtatim morbus

conſiſtit, ijs ſtatim tenuis victus adhibendus eſt: quibus verò poſterius debet conſiſtere, ijs & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud cibus ſubtrahendus: prius verò vberius agendum, vt æger ſufficiat.

11 In acceſſionibus abſtinere oportet; nam cibum dare, nocuum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet.

Ianus Cornarius non legit in acceſſionibus, at in exacerbationibus. Conciliator verò diff. 134. in paroxiſmis, vt græca verba ſonant.

Ratio autem, cur in acceſſionibus non expediat nutrire ægros, affertur ex Hipp. 4. acut. 39. cum enim, inquit, febris exacerbatur, ventriculus calet, faſtidioque afficitur, præcordia intenduntur, corpus iactatur, mens ſuſpenditur, dolet, diſtrahitur cum vomere affectat æger. Cum igitur hæc patiatur æger in acceſſione, propterea nutriendus non eſt. Præterea verba illa cibum dare, alimentum dare legenda

gerda ſunt, nam προσιδῖναι dictio graca id ſignificat.

12 Acceſſiones verò & conſtitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Sed ex ijs quæ mox apparent, indicia ſumuntur: quemadmodum in morbo laterali ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi verò poſtea appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & ſudores, quæcumque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem vel malam, vel breues aut longos fore morbos oſtendunt. Idem in Co...

Dictionem primam acceſſiones, etiã hic exacerbationes legit Cornarius.

Altera dictio conſtitutiones, gracè καταστάσιας dicitur, quæ propriè diſpoſitiones melius legitur ex Hippocr. 3. morb. dum agit de peripneumonia, vbi καταστάσιας pro eodem accepit atque διάταξις.

Dictio etiam, quemadmodum in

morbo

morbo laterali, quẽadmodum in Pleuriticis, legenda eſt; nam græca verba ita ſonant: licet ex Hipp. in coacis hic aph. etiam in peripneumonicis verificetur.

Præterea dictio mox apparẽt, ab aliquibus legitur, poſt apparent. Verum neque poſt, neque mox, neque antè legendum eſt, ſed ex iis, quæ apparent ſimpliciter, vt colligitur ex proprijs verbis aphoriſmi, quemadmodum in pluritide ſi circà initia ſtatim ſputũ appareat: Ergo nõ poſt appareat. Et inferius, & vrina, & alui extremẽta, & ſudores, quæcunque apparuerint. Quarè de omnibus apparentibus intelligẽdum eſt, ſiue antè, ſiue poſt, & quocunque tempore appareant ſigna dicta acceſſiones, nec non diſpoſitiones morbi indicabunt.

13 Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores.

Celſ. lib. 1. cap. 3.

Omnium minimè pueri: hic eſt peculia-

culia-

culiaris dicendi modus apud Ionicos: addunt, videlicet, ſuperlatiuo interdum aduerbia. Cuiuſmodi aliàs apud eundem Hippocr. 4. aph. 21. μάλιον κακίων, ideſt, magis peſſimum latinè legitur.

14 Qui creſcunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento; alioqui corpus abſumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguũtur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt; frigidum enim eorum eſt corpus.

Hac ſententia adeò coniungitur cũ ſuperiori, vt Gal. putauerit, ex duabus poſſe fieri vnam, cum in hoc aph. nihil aliud agat Hipp. quam reddere rationem eorum, quæ in ſuperiori dicta ſunt.

15 Ventres hyeme & vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt: vnde

Idem 4. de morb. & lib de ſalubri diæta, in princi.

de & pluribus egent alimentis. indicio ſunt ætates, & athletæ.

Dictio ætates græcè ἡλικίαι dicta de illis ætatibus intelligenda eſt, quæ creſcunt, nempè de pueritia, adoleſcentia, & iuuentute, in quibus ætatibus calor maximè viget, vt docet Galenus.

16 Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & alijs qui tali victu vti conſueuerunt.

Ad verbum verba græca reddendo, ſic legendus eſt hic aph. Humidæ omnes diætæ febricitantibus conueniunt, dictio autem diæta includit ſub ſe plura: non ſolum videlicet alimentum, potumque; ſed cunctas alias res non naturales cum Gal. lib. de humor. comm. 2. tex. 2. 3. in 3. epid. tex. 9.

Libro de ſalubri diæta tex. 7. contrarium quod in hoc aphor. legitur. Sed ibi de diæta ſanorum: hic autem de diæta febricitantiũ: ideo abſurdi nihil.

17 Et quibus ſemel, aut bis, & quibus plura ne, aut pauciora, & particu-

ticulatim oporteat offerre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori,regioni, ætati,& conſuetudini.

Iuxta græcam lectionem ſic melius interpretatur aph. iſte. Et quibus ſemel,aut bis,& quibus plura,vel pauciora,& particulatim. Condonandum autem aliquid tempori,regioni,ætati, & conſuetudini. Vnde hic aph. vnus & idem cum ſuperiori eſt, eademque oratio.

Verba illa, oporteat offerre conſiderandum, in textu meo græco non reperiuntur.

18 Aeſtate,& autumno cibos difficillimè ferunt,hyeme facillimè: ſecundum locum ver habet.

Hic aduerte Hipp.dicere cibos, non alimenta;ſiquidem alimentum nomen commune eſt ſub ſe cibum,potum,ſorbitionemq.continens. Cibus autem eſt ſpecies alimenti; alimentum nempè plenum, vt ex eodem Hipp. colligitur lib. de veteri medicina.

19 His qui per circuitus acceſſiones Idem lib.de humoribus.

nes habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adiectioni ante iudicationes.

Verba illa, ſed ſubtrahere adiectioni antè iudicationem, gracè leguntur ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων, ſed auferto appoſitiones, vel additiones antè iudicationem, nẽpè alimenta, quæ apponuntur, ſiue offeruntur, & corpori egeno augmentũ afferunt.

Idem lib. de humoribus.

20 Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, ſiue mendicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere, oportet.

Dictio integrè ἀρτίως gracè eſt, quã hic nuper legendam potius me docebat Cagnatus Doctor meus. nuper, inquã, iudicata non ſunt mouenda, ad hoc vt videas an benè iudicatus ſit æger: alioquin ſi integrè legatur, ſanè quid Hipp. docuiſſet, petet aliquis. nullus eſt adeò demens, qui mouere cupiat; cum natura integrè iudicauerit, vel iudi-

iudicare proſpexerit.

21 Quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit per loca conferentia, eò ducere.

Idem in princ. li. de humoribus Hipp.

Dictio, vergit, græcè ῥέπῃ legitur, & optima quidem ratione, quo natura vergit, inquit Hipp. propterea quod natura vergit ad euacuationem humorum. de quibus præcipuè intelligitur, non autem humores ipſi ex ſe ipſis mouentur, vt non nulli ſibi perſuadent. Quo igitur natura vergit, vel inclinat per loca conferentia ad euacuandum, eò ducere oportet. Loca autem conferentia ad quamcũque euacuationem quænam ſint, docet Gal. in com. præſentis aph.

22 Concocta medicari, atque mouere non cruda neque in principijs modò non turgeant: plurimũ verò non turgent.

Idem lib. de humorib.

Dictio concocta magis propriè, matura legitur, vt alibi docuimus.

23 Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facile

Idem lib. de humor.

lè tolerant. Atque vbi vſque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſsit tolerare.

Græca dictio χωρέοντα licet præcipuè ſignificet alui deiectionem, vt Leonicenus interpretatus eſt, atque poſt ipſum Cardanus, & Montanus, tamen apud Hipp. ſignificat excretionem cuiuſcumque excrementi, videlicet vrinæ, ſudoris, ſputi, & ſimilium, vt videre eſt apud Hipp. 7. aph. 72. 3. progn. 61. & 68. 2. progn. 53 & alijs quamplurimis in locis: Vndè ἄγειν dictione vſus eſt etiam; ἄγω enim verbum & ſi ducere ſignificet, tamen à medicis ſæpè ſumitur pro moueo ſiue vrinam, ſiue menſes, ſiue aluum; Ideoque Dioſcorid. lib. 3. cap. 93. ἄγει οὖρα ἐμμηνα καὶ γάλα, ideſt menſes, vrinam, lac ciet, & in hoc ſignificato magis conſentaneum eſt, quod Hipp. in præſenti aph. intelligamus.

Idem lib. de humorib. & Auctor de dinamid. lib. 2.

24 In acutis morbis raró, & in principijs, medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendũ.

Leoni-

Leonicenus legit morbis, licet magis propriè loquendo legendum eſſet affectibus, vt propriè dictio πάθεων ſignificat, licet parum differant inter ſe hæ duæ voces, & ſolum vt genus à ſpecie; affectus enim continet ſub ſe morbos, omneſque alios affectus præter naturam; morbus autem eiuſdem affectus ſpecies vna eſt.

25 Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt: ſi contrà, difficulter. 6.epid. ſect. 4. tex. 12.

Huius vltimæ ſententiæ Hippocr. ter meminit: nempè in 2. aphoriſ. in 23. & vltimo præſentis primi libri. non tamen ſuperfluus dicendus eſt; ſiquidem in 2. exempli gratia hanc eandem prodidit ſententiam. in 23. in ordine ad euacuationem quomodolibet factam. hic autem in ordine ad euacuationem ex arte ſolum.

LIBER SECVNDVS.

Aphoriſm. I.

IN quo morbo ſomnus laborem facit, mortale. Si verò iuuat, non mortale.

Phœſius in ſua oeconomia dictionē græcam πόνος tria apud Hippocratem ſignificare docet: nempè vehementem motum, ſiue exercitationem, quamcunque læſionem, aut dolorē, qui apud latinos dictione etiam doloris venit. In hoc aph. non poteſt ſumi pro exercitatione; namque dormire, & ſe mouere inter ſe implicant. Neque etiam poteſt intelligi de quacunque læſione, propterea quod qualibet læſio à ſomno facta non poteſt mortem ſignificare. Quarè remanet, vt in præſenti aph. dolorem ſignificet, Ideoque optimè legit Leonicenus, In quo morbo ſomnus laborem, hoc eſt dolorem facit, mortale. Neque obſtat, quod in coac. prænot. ſect. 2. contex. 12. Hipp. videatur

tur velle, quod labor, & dolor inter ſe differant, cum inquit, Peſſimum verò eſt, ſi neque interdiù, neque noctù dormiat, dolor enim, ac labor ab eo indicio ſignificatur, & Gal. in com. Neque interdiù, neque noctù dormiũt ij, qui ex dolore, & labore, contenduntur. Nam dictio, ex labore, ſuperflua eſt ex Phœſio, qui ità legit, Peſſimum autem, ſi neque noctu, neque interdiu dormiat; nam aut ob dolorem inſania adeſt, aut delirij adfuturi hac nota eſt. Dolorem verò vniuerſalem, ſiue totius corporis laborem amplius dicerem, non autem particularem, cum ſapè ex ſomno dolores quidam particulares aſſurgentes nõ mortem portendant, veluti experientia paſſim docet.

2 Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Licet dictio παραφροσύνην *deliriũ quodcumque ſignificet, in preſenti tamen aph. præcipuè de delirio momentaneo intelligitur, & quod in vigore febris accidere ſolet, vt ex Gal. colli-*

gitur com. 1. in lib. prorrhitt. 41. nec non Phœſius in Oeconomia Hipp. idem docet. Preterea verſicatur hic aph. in Philini vxore 1. epid 3.

Idem lib. præn. cõm. 2. tex. 12.

3 Somnus, atque vigilia, vtrumque ſi modum exceſſerit, malum.

Vt refert Phœſius in Oeconomia Cornelio Celſo autore lib. 2. cap. 1. atque etiam Hipp. docet lib. 3. aph. 24. & 31. αγρυπνίη intelligitur de vigilia nocturna, ergo etiam de ſomno nocturno, ego dicerem, nempè ſi noctu aliquis nimium dormiat, malum; ſicuti etiã ſi nimium vigilet, malum; malum verò vt ſignum primò, ſecundò autem vt cauſa.

Idem Celſ. lib. 3. cap. 1.

4 Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ exceſſerit, bonum.

Viuentis corpori in ſtatu naturali exiſtenti neque fames, neque repletio bona ſunt; in ſtatu autem præternaturali è contrà neceſſaria interdum: Vndè Hipp. lib. 7. aph. 60. Molles carnes habentibus famem adhibeto, inquit.

Spon-

5 Spontaneæ laſsitudines morbos prænuntiant. Gal. 3. de opt. ſecta ad Traſib. 31 cap.

Hic intelligit Hipp. de omni laſſitudine, cuius ſpecies ſunt illæ tres à Gal. in com. recenſitæ; nempè prima, quæ vlcerum; ſecunda, quæ tentionis; Tertia, quæ inflammationis ſenſum habet.

6 Quicumque dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non ſentiunt, ijs mens ægrotat.

Dictio omnino gracè πολλὰ ſcribitur, quæ haud omnino, ſed plerumque, ſæpe, vel vt plurimum, quæ idem ſunt, ſignificat.

7 Quæ longo tempore extenuãtur corpora, lentè reficere oportet: quæ verò breui, breuiter.

Primam partem huius aph. confirmat Cornel. Celſus lib. 2. cap. 16. his verbis, Neque conuenit iuxtà inediã protinus ſatietatem eſſe: quia dicerem cũ Hipp. in aph. quod paulatim fit tutũ eſt, & repentinæ mutationes periculoſæ ſunt. Cur autem breui tempore extenuata corpora, breuiter quaque

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

que ſint reficienda, aut refici valeãt, docet Gal. in com.

8 Si à morbo cibum aſſumens quis non corroboratur, pluri alimẽto corpus vti ſignificatur. quòd ſi non aſſumenti cibum hoc accidat, ſcire oportet quod indiget euacuatione.

Dictionem, ſi à morbo, poſt morbum, & in conualeſcentia intelligendam eſſe dicerem.

Dictio cibum, melius alimentum legatur; quia τροφὴν gracè dicitur: alimentum verò ſub ſe potum continet, ſorbitionem, & cibum, vt ſuperius.

Quod τροφὴν alimentum genericè ſignificet, docuit inter alios Gal.4. de vſu partium.

Praetereà dictio ſcire oportet, quod indiget euacuatione, de illa euacuatione intelligenda eſt, quæ fit per inediam; κενώσις enim, ſiue κενώσιος apud Hipp. ſignificat diatã, & deducitur à κενως κενεαγγια. quæ diatam ſignificant: etenim apud Hipp. reperiuntur loca clara, in quibus diatam ſignificat,

nullus

nullus autem reperitur locus certus, & clarus, in quo ſignificet euacuationem. Hipp. 6 epid. ſect. 8. tex. 1. ſiue circà initium ait, quod diata conſtat repletione, & κενώσιος, Ex quibus colligitur manifeſtè, κενώσιος ſignificare inediam; ponitur enim ab Hipp. contraria repletioni, contrarium repletionis eſt inedia, igitur &c. Non ſignificat autem κενώσιος inediam quamcumque, ſed vnius tantùm diei.

9 Corpora cùm quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

Lib. 7. aph. 73. docet Hipp. quomodo corpora fluida fiant ante purgationem: nempè ſi ſuprà velis purgare, ſiſte aluum; ſi verò infrà, humectare oportet.

10 Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.

In græco codice ita legitur hic aph. Non pura corporum quantò plus nutrieris, magis læſeris, quæ verba idem ſonant, atque ſuperiora.

11 Facilius eſt impleri potu, quã cibis.

Dictio impleri, melius de illa repletione intelligitur, quæ eſt contraria extenuationi. De qua Cornel. Celſus lib. 1. cap. 3. Tenuis homo, affirmabat, implere ſe debet, plenus extenuare. Et Ariſt. lib. de partibus animal. docet, Pecoribus multum ſalis offerendum ad hoc vt pingueſcant, & craſſiora fiant.

Idē 2. epid. ſect. 3. 4. & 6. epid. cō-ment. 2. tex. 22.

12 Quæ reliquuntur in morbis poſt iudicationem, recidiuas facere conſueuerunt.

De cauſis morborum intelligendus eſt hic aph. vt docet Gal. in com. nam hæ recidiuas facere ſolent, non autem de ſymptomatibus poſt iudicationem relictis, quamquam ſymptomata eaſdem cauſas adeſſe doceant, & quæ poſſint recidiuas facere, nobis oſtendant.

Idē 6. epid. de febre tertiana legitur comm. 2. tex. 23.

13 Quibuſcumque criſis fit, ijs nox grauis ante acceſsionem: quæ verò ſubſequitur, magna ex parte leuior exiſtit.

Verba illa, nox grauis ante acceſſionem, non de acceſſione criſis intelligenda

gendaſunt, ſed de Paroxiſmo, ſcilicet nox antè paroxiſmũ febris grauis eſſe debet; nam hic aphor. valet in morbis habentibus paroxiſmum, non in aliјs.

Hipp. 6. epid. com. 2. tex. 23. quacũque, ait, naturam habent febris tertiana, his nox antè acceſſionem difficilis eſt.

Gal. 6. epid. comm. 3. text. 23. hunc aph. declarat pluribus modis.

14 In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. Idẽ 2. epid. ſect. 2.

Aphoriſmus iſte propriè, & particulariter valet de mutationibus excrementorum, quæ in alui profluuijs accidunt; quamquam poſſit etiam verificari de aliјs quibuſcumque euacuationibus, in quibus ſi mutatio non ſit ad mala prodeſt.

15 Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiones inſpicere oportet. Nam ſi birioſæ fuerint, corpus vnà ægrotat. Si verò ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.

Dictio

Dictio naſcuntur, in græco codice eſt numeri ſingularis, ſed Attici interdũ ſingulari pro plurali vtuntur; vt alijs in locis eiuſdem Hipp. habetur: atque præſertim in aph. 39. huius lib. in calce commoritur gracè, commoriuntur latinè legitur. 2. aph. 23. iudicatur, iudicantur etiam nunc legitur.

16 Vbi fames, laborandũ non eſt.

Hunc aph. repetit Celſus lib. 1. c 2. in fine his verbis, Si quibus de cauſis futura inedia eſt, omnis labor fugiendus. Quarè dictione famis hic inedia intelligenda eſt, cui contrarietur ſatietas, ſiue repletio.

17 Vbi cibus præter naturã plus ingeſtus eſt, hoc morbum facit: oſtendit autem ſanatio.

Hic cibus, alimentum legendum eſt, quia τροφὴ græca vox eſt.

18 Eorum quæ vniuerſim, & velociter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones.

Nutrientium confeſtim, & velociter, veloces etiam excretiones fiunt, hæc ſunt propria verba aphoriſmi, Cir-

ea quæ notandum eſt, vt Gal. receſ-ſet, dictionem excretionum apud Hip-pocr. propriè intelligi de iis, quæ per aluum ſubeũt, licet interdum de aliis etiam excrementis alibi idem Hipp. intelligat, vt videre eſt lib. 7. aph 82. Nec non in Coac. pag. 435. verſ. 36. in quibus locis excretiones etiam de vri-nis intelliguntur.

19 Acutorum morborum non omnino ſunt certæ prænuntiatio-nes, aut ſalutis, aut mortis.

Huic ſententiæ, dicet aliquis con-traria docet Hipp. lib. de nat. humana com. 2. tex. 17. cum inquit, morbi qui celeriter fiunt, & quorum occaſiones manifeſtæ ſunt, hos quammaximè pe-riculo vacare denunciabis. Sed ſic eſt, quod omnes morbi acuti à cauſa manifeſta exoriri poſſunt. Ergo in om-nibus morbis acutis poſſunt eſſe certæ prænunciationes mortis, aut ſalutis. Sed vtrum de morbis acutis à cauſa manifeſta proficiſcentibus poſſit ſem-per prædici ſanitas? hoc ſanè valdè dubium eſt apud me. Verum quidem eſt,

eſt, hos morbos facilius, atque melius curari, nec non etiam ſanari poſſe interdum, at non ſemper, vt experientia patet; propterea quod ex inſolatione, mærore, vigilijs, eruditatibus, ebrietate, & alijs ſimilibus cauſis manifeſtis videmus aliquando, non nullos corripi morbis, & ab ijſdē quoque necari. Quarè vt plurimum hæ ſententiæ Hip. verificantur, ego dicerem, non autem perpetuæ ſunt, ideoque Hip. in aph. dictione, omninò, vſus fuit.

Idem Celſ. lib. 1. cap. 3.

20 Quibus iuuenibus aluus humecta eſt, ijs ſeneſcentibus exiccatur. Quibus verò iuuenibus aluus ſicca eſt, ijs ſeneſcentibus humectatur.

Verba textus hæc ſunt. Quibus iuuenibus ventres humidi ſunt, ijs ſeneſcentibus exiccantur: Quibus verò iuuenibus ventres ſicci ſunt, ijs ſeneſcentibus humectantur. Sed dictione κοιλίαι, *ſiue ventres, Hip. intelligit etiam aluum. Quarè benè legitur cū Leoniceno, Quibus iuuenibus aluus*

humi-

humida. Neque obſtat etiam, quod dictio κοιλίαι ſit numeri pluralis, propterea quod plurali pro ſingulari vtũtur non numquam græci.

21 Famem vini potio ſoluit.

Λιμὸς dictio, vt docet Phœſius in ſua Oeconomia, apud Hip ſignificat vt plurimum inediam, ſiue ciborum carentiam; hic verò, ego dicerem, non ciborum carentiam, ſed internum illum appetitum comedendi intelligendum eſſe, vt colligitur ex dictione, ſoluit, famem ſcilicet vel appetitum calidi & ſicci, vini potio ſoluit; nam abſurdum eſſet dicere, quod vini potio ſoluat ciborum carentiam. Famem itaque vini potio ſoluit, hoc eſt vini meri potio; nam θώρηξις vinum merum ſignificat.

22 Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio: & quicunque ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas. Idem lib. de nat. homin.

Verba textûs hæc ſunt. A repletione omnes morbos genitos euacuatio curat,

curat, & omnes ab euacuatione repletio. Et aliorum contrarietas.

Nomine euacuationis inanitio per diatam hic intelligenda eſt: quia hac eadem contraria repletioni per alimēta, qua dictione πλησμονῆς ſignificatur; vt etiam aph.4. praſentis lib. etiā colligitur. amplius etiā de inanitione per diatam nomine euacuationis hic intelligendum eſt, quia κενώσιος nomine graco vtitur Hip. quod vt plurimum idem ſignificat, vt videre eſt in pluribus locis, nec non etiam Gal. docet 1. de ſalub. diata.

Idē in Coacis & lib. de iudicat.

23 Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

In progn. lib. 1. tex. comm. 25. dicit Hip. acutos morbos cum febre eſſe, & 40. die iudicari. vide, & perpenāe cum aliis textum.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται: *acuties videlicet morborum quatuordecim diebus iudicatur, & in quocūque morbi tempore accidat eadē acuties, quatuordecim diebus iudicatur, intel-*

intelligebat Hip. quia aliàs qui acuti morbi appellãtur, nõ modo quatuordecim, verum multo pluribus diebus iudicantur, & interdum vigeſimum attingunt, trigeſimum, quadrageſimũ, & amplius, vt vnuſquiſque experimento compertum habere potuit exercitatus Medicus.

24 Septenorũ quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octauus principium. Eſt autem & vndecimus conſiderandus. Ipſe enim quartus eſt ſecundæ ſeptimanæ. Rurſus verò & decimuſſeptimus conſiderandus: ipſe ſiquidem quartus eſt à quartodecimo, ſeptimus verò ab vndecimo.

Septem dierum ſeptimanæ quartus dies eſt index; quartus autem non indicat ſeptimum, vt communiter ferè omnes intelligunt, verum totam latitudinem morbi: Vndè aph. ſeptenorum quartus eſt index, hoc eſt ſeptem dierum primæ ſeptimanæ quartus eſt index, ſecũdæ ſeptimanæ eſt vndecimus, tertiæ vero decimuſſeptimus. Ita docet

cet Marſilius doctor meus in proprio com. præſentis aph.

Idem Celſ. lib 2. cap. 1

25 Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

Aphoriſmus iſte videbitur fortaſſe alicui contrarius aph. 9. lib. 3. vbi Hipp. ait, Autumno morbi acutiſſimi, & exitiales magna ex parte fiunt. Sed verbis Hip. benè perpenſis nulla adeſt contrarietas; propterea quod reſponderi poteſt, documentum hoc eſſe particulare de febre quartana, & quãquã morbi acutiſſimi autumno fiant, tamen particulariter loquendo de febre quartana, hac autumno longior fit, quam cæteris anni temporibus. Secundò poſſumus etiam dicere, quod autumno morbi acutiſſimi, & exitiales ſimul fiunt, nempè, ſi accidunt morbi acuti, ſunt acuti, & exitiales, ſed tamen communiter morbi, qui autumno generantur, vt plurimũ longi ſunt, ſicuti de quartana loquitur aphoriſmus. Aeſtiuæ inſuper quartanæ breues, inquit, hoc eſt reſpectu aliarum quarta-

quartanarum, non quia verè breues ſint.

Tertiò, præſertim quæ hyemem attingunt, ſunt alia verba aphoriſmi, hoc eſt, inquit Celſus lib.3. cap.8 quæ autumno naſcuntur, & hyemem attingunt, non omnes.

26 Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem. Idem in Coacis.

Hippocr. 1. epid. ſect.2. tex.23. recenſet conuulſiones, quæ febribus ſuperueniebant, & pernicioſæ erant.

In lib. de locis in homine, & lib. de iudicat. contrarium legitur; ſed alibi declaratur.

27 His, qui ob iuſtam cauſam non leuius ſe habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Talium enim multa ſtabilia non ſunt, neque multum durare & permanere conſueuere. Idem 1. edim. ſect. 2. conſtit 3. te. 21. 2. epid. ſect. 3.

His qui non ob iuſtam cauſam leuius, &c. lege.

28 Febricitantium non omnino Celſ. lib.2. cap.5.

 leui-

leuiter permanere corpus, & nihil minui, vel etiam pluſquam ratio poſtulat contabeſcere, malum. Illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem ſignificat.

Sed minus mala morbi longitudo, quam imbecillitas.

Gal. lib. de opt. ſect. ad Traſib. c. 13

29 Cum morbi inchoant, ſi quid mouendum videtur, moue: cum verò conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere.

Ἀ'ρχομένων τῶν νόσων, incipientibus morbis, hæc verba benè interpretantur, quia græci interdum loco ablatiui abſoluti vtuntur genitiuo.

Verba, melius eſt quietem habere, reſpectu principij intelliguntur, non autem quia etiam in ſtatu interdum, atque turgente natura aliquid moliẽdum non ſit. Dictio autem, mouendum, hic de omni motu, & medica operatione intelligenda eſt.

30 Circa initia & fines, omnia imbecilliora: circa ſtatum verò, fortiora.

In ſuperiori aph. dixerat Hipp. inchoan-

choantibus morbis ſi quid tibi videtur mouendum, moue, cum verò conſiſtunt, melius eſt quietem habere; huius verò ſententiæ in præſenti aph. cauſam reddit, dicunt nonnulli. dicẽs, circa initia, & fines omnia imbecilliora ſunt, in ſtatu verò fortiora, videlicet morbi, atque ſymptomata. Thũc ſcilicet, vult dicere Hipp. mouendum eſt, cum morbi, & ſympthomata minus vigent, propterea quod cum morbi vigent, facultates imbecilliores ſunt; ſed ſic eſt, quod in principio, & fine ſunt omnia imbecilliora, nempè morbi, atque ſymptomata. Ergo *in principio, & fine morbi, magis mouendum eſt, quam in ſtatu, & cum eadẽ ſymptomata, & morbi magis valida ſunt. Aut poſſumus etiam dicere, intentionem Hipp. fuiſſe, docere modum cognoſcendi principium, atque ſtatum, nempè quia principium, & finis ſunt illa tempora, in quibus morbi imbecilliores ſunt; ſtatus verò tempus eſt illud, in quo morbi, & ſymptomata ſunt fortiora.*

31 Eius, qui à morbo cupidè comedit, nihil proficere corpus, malũ.

Eius, qui ab ægritudine, hoc eſt qui poſt ægritudinem cupidè comedit, nihil proficere corpus, malum; indicat enim, aliquid præter naturam relictum fuiſſe, aut recidiuæ periculum iuxtà illã ſententiam etiam aphoriſticam, Quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationem, recidiuas facere conſueuerunt.

32 Omnes ferè, qui malè ſe habent, circa initia cupidè comedentes, nec quicquam proficientes, ad poſtremum rurſus cibum non appetunt. qui verò circa initia cibum valde faſtidiunt, poſtea bene appetentes, ij in melius vadunt.

Dictio, ij in melius vadunt, iuxtà græcum textum, ij melius euadũt, legenda eſt. Gal. in com. hunc aph. de ijs eſſe dictum, inquit, qui ex morbo conualeſcunt. Verum non de his ſolum dictum fuiſſe, ego dicerem, ſed etiã de actu infirmis, quinimò de his magis, vt colligitur ex verbis vltimis aphoriſmi, melius euadunt; nam me-

lius

lius euadere de actu infirmis dicitur, non autem de conualeſcentibus.

33 In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrà verò ſe habere, malum.

Mente cõſtare, & benè ſe habere ad ea, quæ offeruntur, coniunctiuè accipienda ſunt in hoc aph. vt colligitur ex dictione coniunctiua xj *; & ratio eſt, quoniam non mente conſtantes interdum maximè appetũt, & in maiori copia cibum aſſumunt, quam aſſumere deberent; nimirum quia ſine ratione, aut deprauata cum cogitatione edunt.*

Alia verò verba, bene ſe habere ad oblata, ex oblatis, intelligenda ſunt, continuando ſcilicet cum ſententia ſuperiori, nec quicquam proficientes: Nē*pè benè ſe habere ad oblata idem eſt, atque proficere ex oblatis.* Neque *obſtat dictio, ad, propterea quod huiuſcemodi dictio idem ſignificat interdũ apud* Hipp. *atque, ex, ſine, ab, vt videre eſt 2.progn.52. vbi ſic loquitur.*

Dolores, qui non ſedantur neque ad ſputi purgationem, neque ad ventris excretionem, & quæ ſequuntur; in hoc, inquam, loco dictio, ad, ſignificat, ex: Nempè dolores, qui non ſedantur ex ſputi purgatione, neque ex ventris excretione. Atque ita etiam in præſenti, in quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ab iſs, quæ offeruntur bonum, intelligi debet.

34 In morbis minus periclitantur quorum naturæ, aut ætati, aut conſuetudini, aut anni tempori magis congruit morbus, quàm vbi nulli iſtorum congruit.

Cum morbi non congruunt naturæ, ætati, anni tempori, ſiue conſuetudini, ob maximam cauſam fiunt, ideoque magis periculoſi, vt Gal. in com. docet.

35 In quouis morbo, partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, craſsitudinem habere, melius eſt: multum verò extenuari ac contabeſcere, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculoſum.

Dictio huius aph. imum ventrem, ἦτρον græcè legitur, nempè pecten, quæ pars in imo ventris reperitur ſub vmbilico citrà pubem. Ratio autem, cur extenuatio partium ad vmbilicum, & imum ventris attinentium periculoſa ſit ad inferiores purgationes, allata fuit ex Hippocr. ſuperius in aphoriſm. 28. nempè quia partes dictæ extenuatæ imbecillæ ſunt, & per conſequens ad purgationes ſuſtentandas ineptæ.

36 Qui ſanitate corporis fruuntur, medicamenta purgantia aſſumentes, ſtatim debilitantur; & qui prauo vtuntur cibo.

Idem lib. de veratri vſu, & Auctor de Dinam, lib. 2.

Pro cibo lege, alimento, hic.

37 Qui corpore valent, difficulter ferunt medicationes.

Vitare enim oportet in pharmacorum potionibus eos, qui bona habent corpora, inquit Hippoc. lib. de veratri vſu.

38 Parum deterior potus & cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.

Vide Hipp. 6. epi. com. 4. tex. 8.

Quæcumque enim, inquit Hipp. 6. dicto epid. libentius, & gratius aſſumimus, licet deteriore parum natura ſint, ea melius concoquimus.

Vide Hipp. 6. epid com. 5. tex. 6. & 1. de morb in princ.

39 Senes iuuenibus plurimum quidem ægrotant minus: diuturnis verò morbis correpti, ferè commoriuntur.

Hic aph. non intelligitur de numero ægrotationum, ſed de intenſione ægrotationis, quaſi ita loqui voluerit Hip. ſenes minus intensè, ſiue morbis minus vehementibus ægrotant, quam iuuenes; diuturnis verò correpti morbis, ferè commoriuntur. Et ideò benè etiam dicebat Cornel. Celſus lib. 2. cap. 1. quod longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. Cur autem ſenes acutis morbis minus infeſtentur, quam aliæ ætates, docet Gal. 8. de placit. cap. 7. nec non etiam ex Hipp. colligitur lib. de genitura, quia ſcilicet fortior pars fortiori morbo corripitur, ita etiam fortior ætas fortiori morbo corripitur. Et 1. aph. 14. hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter

militer acuta ſunt, frigidum enim eorum eſt corpus, inquit idem Hipp.

40 Raucedines, & grauedines in valde ſenibus coctionem non admittunt.

Coctio hic non intelligitur de alimẽto, ſed de morbis, nempè raucedine, & grauedine, quæ in valdè ſenibus maturari non poſſunt.

41 Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta deficiunt animo, de repente moriuntur.

Verba illa, deficiunt animo, affectũ illum ſignificãt, qui ſyncopes gracè appellatur, nempè exolutio, atque animi deliquium.

Dictiones frequenter, & fortiter cumulatiuè legendæ ſunt, non diſiunctiuè.

42 Soluere apoplexiam fortem, impoſsibile: debilem verò, nõ facile.

Fortis apoplexia iuxtà meam ſententiam eſt apoplexia vniuerſalis; debilis verò particularis, nempè illa, quæ 41. Hipp. aph. 7, lib. legitur, cum inquit, ſi lingua repentè incontinẽs fiat, aut

aut pars aliqua apoplectica, tale eſt melancholicum: pars, inquam, apoplectica eſt, quandocumque reſoluatur, atque, vt dicitur, paralitica euadit; nam paraliſis eſt apoplexia particularis, & non differt ab apoplexia niſi ſecundum magis & minus.

43 Qui ſuffocantur & à vita deficiunt, nondum tamen mortui ſunt, non referuntur in vitam, quibus ſpuma circa os apparet.

Verba, quæ hic latinè, à vita deficiunt, leguntur, græcè ſunt καταλυομένων: hoc eſt ſoluuntur ego legerem; & de ijs intelligitur, qui arte laquei ſuffocantur, vel alio ſimili mortis ſupplicio. Vndè Celſus *lib.2. cap.8. neque is, inquit, ad vitam redit, qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt.*

44 Qui natura admodum craſsi ſunt, citius intereunt, quam qui graciles.

Sic melius legitur hic aph. pingues valdè ſecundum naturam breui morituri · non citò vt legitur. breui ſcilicet ſubitanea morte intelligendum

etiam

etiam ego dicerem. Nam Ariſt. lib. de longitudine, & breuitate vitæ docet, quod natura humidiores magis viuunt, quam graciles.

45 Quicūque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque, liberantur.

Mutatione ætatis, temporum, locorum, & victuum liberantur à morbo comitiali, inquit Hipp. in præſenti aph. Neque obſtat, quod 5. aph. 7. dicat, Comitiales ſanari antè pubertatem, quibuſcumque autem vigeſimoquinto accidunt, hi commoriuntur; nam vt plurimum commoriuntur, non ſemper, atque ideo interdum ſanari poſſunt mutatione ætatis, vel temporum, vel locorum, & victuum quoque. Neque verum, quod dixit Plantius, intelligi de nuper natis; nam de iuuenibus etiam intelligitur.

46 Duobus doloribus ſimul non eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

Quia magis mouet ſenſum dolor

fortis,

fortis, quam mitis, propterea vehementior dolor mitiorem obſcurat.

47 Dum pus conficitur, dolores ac febres accidũt magis quàm iam confecto.

Dolores, & febres coniunctiuè intelligendum eſt; nempè quia, & febris & dolor fiunt in puris generatione vt plurimum, & magis quam confecto.

48 In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies ſtatim laſsitudinem aufert.

Statim dictio cadit ſuprà quieſcere ſententia mea; videlicet, In omni corporis motu, quando aliquis laborare incipit, ſtatim quieſcere laſſitudinis remedium eſt.

Celſ. lib. 1. cap. 3.

49 Conſueti ſolitos labores ferre, etſi ſint imbecilles aut ſenes, non conſuetis, fortibus, atque iuuenibus, faciliusferunt.

Ratio huius aphoriſmi affertur in ſequenti aphor. Et quia etiam poſſumus dicere, conſuetudo eſt altera natura.

Idem Hipp. 2. victus acut. 33.

50 Quæ ex longo tempore conſueta

ſueta ſunt, etſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igitur etiam ad inſueta tranſire.

Oportet igitur etiam ad conſueta tranſire, legendum eſt: tum quia ità ſonant græca verba; tum etiam quia ex præmiſſis aliter inferri non valet.

51 Plurimum, atque repente euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum: omne enim nimium naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum eſt, cum alias, tum cùm ab altero ad alterum tranſitus fit.

Idē Hipp. 2. de rat. vict. in morb. acut. 34. lib. de nat. hum. Celſ. lib. 1. cap. 3.

Dictio euacuare de illa euacuatione intelligitur, quæ repletione per alimenta fit; de inanitione ſcilicet.

52 Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud, ſuppetente quod ab initio probaueris.

Sanantem modum variare nõ oportet, inquit Cornel. Celſus. Ergo non Sanantem variare oportet, quamquã

cum

cum ratione fiat curatio, ſiquidem vt idem C rnel. Celſus docet, quos ratio non iuuat, temeritas ſanat interdum. Sed hac rarò peragenda ſunt, atque vt docet Hipp. in aph. vtplurimum, omnia ſecundum rationem facienti, non eſt tranſeundum ad alia.

53 Quicunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes ſint, in melius commutantur ijs, qui ſiccas habent. Qui verò in ſenectute, eò deterius commutantur: nam ſeneſcentibus magna ex parte exſiccantur:

Dictio græca ἀπαλλάσσουσι melius legitur degunt; Nempè iuuenes habentes aluum humidam melius degunt ijs, qui ſiccam habent. Vndè Cornel. Celſus lib. 1. cap. 3. In iuuene fuſa aluus melior, in ſene verò adſtricta.. Et ratio eſt ſecundum Hipp. lib. de aere aquis & locis, quoniam qui habent aluum liquidam, non tentantur morbis acutis, quibus obnoxij præcipuè ſunt iuuenes ex Hippocr. 2. aphoriſ. 39.

Magni-

54 Magnitudo corporis iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis: ſenectæ verò inutilis, & deterior paruitate. Celſ. lib. 2. cap. 1.

LIBER TERTIVS.

Aphoriſm. 1.

MVtationes temporum potiſſimum pariunt morbos: & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodẽ modo.

Dictio potiſſimum idem hic ſignificat, atque magis: Μάλιστα *enim verbum eſt græcum. Vide quæ dicit Ariſtot. 1. probl. 3. Vbi ad verbum ferè hunc aph. recenſet, & eiuſdem rationem reddit. Atque dictione, mutationes, nos in com. dicti problematis dicebamus tam intelligi mutationes vniuerſales, quam particulares, nec non naturales, & præter naturam.*

Natu-

Idem Hipp. lib. de humoribus.

2 Naturarum, aliæ quidem ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem, bene, maleue ſe habent.

Dictione natura Gal. intelligit temperamentum, idque Hipp. etiam docuit lib. de natura humana.

Idem Hip. lib. de humoribus.

3 Morbi quoque alij ad alia tempora bene, vel malè ſe habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

Sicut natura alia quidem in æſtate, aliæ verò in hyeme benè, vel male ſe habent; ita etiam & morbi, nec non ætates ex Hipp. in præſenti aph.

Idem Hipp. lib. de humorib. & Gal. 3. in 3. epid. tex. 72.

4 In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autũnales morbos expectare oportet.

Affert huius aph. rationem Cornel. Celſus lib. 2. cap. 1. nec non lib. 1. c. 3. nempè quia ſuaptè natura autumnus uarius eſt, & propterea in alijs temporibus ſi modo calor, modo frigus fiat, autumnales morbi fieri ſolent.

Idem Hipp. lib. de humor. & Cel. lib. 2. cap. 1.

5 Auſtri auditum hebetant, caliginem viſui offundunt, caput grauant, tarditatem ac languorem inducunt.

ducunt. Quando igitur inualuerint, talia in morbis accidunt. Contrà, ſi aquilonia ſit tempeſtas, tuſſes vigent, faucium aſperitates, alui duræ, horrores, coſtarum dolores & pectoris. Quando igitur hæc viget, talia in morbis expectare oportet.

Cur Aquilonaribus, & Auſtralibus loquatur ſolum Hipp. de conſtitutionibus, collige ex lib. de morbo ſacro. Cur etiam in aquilonia tempeſtate alui dura fiant, vidè 6. epidim. ſect. 5. tex. 27. vbi optimè, & diffusè redduntur rationes.

Non ſolum alui dura, & alia affectiones accidunt in eadem tempeſtate, ſed diſuria, vt in tex. græco legitur.

6 Quando æſtas fit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet. Idem Hipp. lib. de humoribus.

Cornelius Celſus lib. 2. cap. 1. hunc aph. ſic vertit. Vbi primò calor à primo vere ortus æſtatem quoque ſimilẽ habet, neceſſè eſt, multum ſudorem in febribus ſubſequi. Quarè calor in æſtate quandocumque non valdè ſic-

cus erit, ſed temperatus ab humido vt in vere, ſi febres oriantur, in iiſdẽ ſudores multos expectare oportet.

Idem Hip. lib. de humor. & l.2. cap. 1. Cornel.lib.2. c. 1.

7 In ſiccitatibus febres acutæ fiunt. Quòd ſi amplius talis pergat eſſe annus, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.

Hic aphoriſ. facit etiam ad probationem noni ſequentis.

Idem Hipp. 2.epid. ſect. 1.& lib. de humorib.

8 In legitimis temporibus, ac conuenientem ſeruantibus temperaturam, morbi legitimi & boni iudicij fiunt: in intempeſtiuis autem, non legitimi & mali iudicij.

Recta, & congrua huius aphoriſmi interpretatio hæc eſt, ſententia mea. In benè diſpoſitis temporibus, ſi tempeſtiuè tempeſtiua reddita ſint, morbi benè diſpoſiti, & facilis iudicationis fiunt: in malè autem diſpoſitis temporibus, non benè diſpoſiti, & mali iudicij fiunt morbi.

Idem Hip. 2.epid. ſect. 1.

9 Autumno morbi acutiſſimi, atque exitiales maxima ex parte Ver verò ſaluberrimũ, & minimè exitiale.

Morbi

Digitized by Google

Morbi acutiſſimi æſtate magis fiũt, quam autumno propter abundantiã bilis, qua corpora ſcatent. Sed autumno magna ex parte morbi acutiſſimi, & exitiales ſimul fiunt.

10 Autumnus tabidis malus.

Idem Hipp. 6.epid. ſect. 7. & Celſus lib. 1. cap. 3.

Autumnus tabidis malus, inquit Gal propter temporis inæqualitatem, quam rationem videtur etiam confirmare Celſus lib. 1. cap. 3 ſic alloquens, Per autumnum propter Cœli varietatem periculum maximum eſt. Nam ex eodem lib. dicto 2. cap. 1. Ex tempeſtatibus verò optimæ ſunt æquales ſiue frigidæ, ſiue calidæ, peſſimæ quæ variant maximè.

11 De temporibus: ſi quidem hyems ſicca & aquilonia fuerit, ver verò pluuioſum & auſtrale, neceſse eſt æſtate febres acutas fieri, & lippitudines & inteſtinorum difficultates, præcipuè verò mulieribus, & viris qui natura ſunt humidiores.

Idem Hipp. l. de aere, aquis, & loc. Celſ. lib. 2. c. 1. & Ariſtot. 1. probl. 8. rationem reddit.

12 Si verò hyems auſtralis & pluuioſa & ſerena fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium: mulieres qui-

Idem Hipp. lib de aere, aquis, & locis.

bus partus in ver incidit, ex quacunque occaſione abortiunt: quæ verò pariunt, imbecilles & morbidos infantes pariunt: quare vel ſtatim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuunt. Cæteris verò mortalibus difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt, ſenioribus autem deſtillationes quæ citò interimunt.

Dictionem ſerena εὔδιος græcè legit etiam Celſ. lib. 2. cap. 1 quamquam Manardus lib. 1. epiſt. 2. eandem tollat: nimirum quia Ariſt. fortaſſe 1. probl. 9. hanc aphoriſticam ſententiã ſine εὔδιος legerit: Vnde poſtmodum Theodorus Gaza tepidam dixit.

Idem Hipp. lib. de aere, aquis, & locis atq. Cel. lib. 2. cap. 1.

13 Si verò æſtas ſicca fuerit & aquilonia, autumnus verò pluuioſus & auſtralis: dolores capitis vehementes ad hyemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem & tabes.

Huius aphoriſmi rationem reddit Ariſt. 1. probl. 10.

Idem Hipp. lib. de aere, aquis, & locis Celſ. lib. 2. cap 1.

14 Si verò aquilonius & ſiccus, ijs qui naturam habent humidiorem,

rem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines ſiccę, & febres acutæ, & grauedines longæ, nonnullis veró morbi melancholici.

Dictio longa, plurimis in codicibus græcis non reperitur.

Affert eiuſdem aphoriſ. rationem Ariſt. 1. probl. 11.

15 Ex anni autem conſtitutionibus, (in vniuerſum) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

Ratio huius ſententiæ eſt manifeſtiſſima, nempè quia humiditas eſt cauſa putrefactionis, propterea imbres minus ſalubres, atque ſiccitatibus magis etiam lethales ſunt.

16 Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & apoplexiæ, & anginæ. In ſiccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.

pulmone, cachexia, & atrophia: φθίσις etiam in græco codice legitur hic. Amplius difficultas inteſtinorum ex Hipp. lib. de nat. hominis recenſetur inter morbos æſtatis, & veris, ſed melius hic recenſetur inter morbos autumnales:

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexiæ.

Dictio, morbi laterales, & pulmonis inflammationes, legenda eſt, pleuritides, & peripneumoniæ, vt græca verba ſonant; differt enim pleuritis à morbo laterali ex Hippoc. peripneumonia autem difert à pulmonis inflammatione ſaltem vt ſpecies à genere, cum etiam pleuritis ſit inflammatio pulmonis, vt oſtendimus agentes de parte affecta in pleuritide.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

24 In ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcera (quę aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbi-

vmbilici inflammationes, aurium humiditates,

25 In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

26 Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ quæ eſt in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

28 Plurimi autem morbi puerulis iudicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in

annis

pulmone, cachexia, & atrophia: φθί-σις etiam in græco codice legitur hic. Amplius difficultas inteſtinorum ex Hipp. lib. de nat. hominis recenſetur inter morbos æſtatis, & veris, ſed melius hic recenſetur inter morbos autumnales.

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexiæ.

Dictio, morbi laterales, & pulmonis inflammationes, legenda eſt, pleuritides, & peripneumoniæ, vt græca verba ſonant; differt enim pleuritis à morbo laterali ex Hippoc. peripneumonia autem difert à pulmonis inflammatione ſaltem vt ſpecies à genere, cum etiam pleuritis ſit inflammatio pulmonis, vt oſtendimus agentes de parte affecta in pleuritide.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1. 24 In ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcera (quę aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbi-

Digitized by Google

vmbilici inflammationes, aurium humiditates,

25 In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

26 Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ, quæ eſt in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

28 Plurimi autem morbi puerulis iudicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in

annis

pulmone, cachexia, & atrophia: φθί-σις *etiam in græco codice legitur hic. Amplius difficultas inteſtinorum ex Hipp. lib. de nat. hominis recenſetur inter morbos æſtatis, & veris, ſed melius hic recenſetur inter morbos autumnales:*

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexiæ.

Dictio, morbi laterales, & pulmonis inflammationes, legenda eſt, pleuritides, & peripneumoniæ, vt græca verba ſonant; differt enim pleuritis à morbo laterali ex Hippoc. peripneumonia autem difert à pulmonis inflammatione ſaltem vt ſpecies à genere, cum etiam pleuritis ſit inflammatio pulmonis, vt oſtendimus agentes de parte affecta in pleuritide.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

24 In ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcera (quę aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbi-

vmbilici inflammationes, aurium humiditates,

25 In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

26 Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ quæ eſt in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

28 Plurimi autem morbi puerulis iudicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in

annis

pulmone, cachexia, & atrophia: φθί-σις etiam in græco codice legitur hic. Amplius difficultas inteſtinorum ex Hipp. lib. de nat. hominis recenſetur inter morbos æſtatis, & veris, ſed melius hic recenſetur inter morbos autumnales:

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexiæ.

Dictio, morbi laterales, & pulmonis inflammationes, legenda eſt, pleuritides, & peripneumoniæ, vt græca verba ſonant; differt enim pleuritis à morbo laterali ex Hippoc. peripneumonia autem difert à pulmonis inflammatione ſaltem vt ſpecies à genere, cum etiam pleuritis ſit inflammatio pulmonis, vt oſtendimus agentes de parte affecta in pleuritide.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

24 In ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcera (quę aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbi-

vmbilici inflammationes, aurium humiditates,

25 In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

26 Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ quæ eſt in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

28 Plurimi autem morbi puerulis iudicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in annis

bus partus in ver incidit, ex quacunque occaſione abortiunt: quæ verò pariunt, imbecilles & morbidos infantes pariunt: quare vel ſtatim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuunt. Cæteris verò mortalibus difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt, ſenioribus autem deſtillationes quæ citò interimunt.

Dictionem ſerena εὔδιος græcè legit etiam Celſ. lib. 2. cap. 1 quamquam Manardus lib. 1. epiſt. 2. eandem tollat: nimirum quia Ariſt. fortaſſe 1. probl. 9. hanc aphoriſticam ſententiã ſine εὔδιος legerit: Vnde poſtmodum Theodorus Gaza tepidam dixit.

Idem Hipp. lib. de aere, aquis, & locis atq. Cel. lib. 2. cap. 1.

13 Si verò æſtas ſicca fuerit & aquilonia, autumnus verò pluuioſus & auſtralis: dolores capitis vehementes ad hyemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem & tabes.

Huius aphoriſmi rationem reddit Ariſt. 1. probl. 10.

Idem Hipp. lib. de aere, aquis, & locis Celſ. lib. 2. cap 1.

14 Si verò aquilonius & ſiccus, ijs qui naturam habent humidiorem,

rem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines ſiccę, & febres acutæ, & grauedines longæ, nonnullis verò morbi melancholici.

· *Dictio longa, plurimis in codicibus græcis non reperitur.*

Affert eiuſdem aphoriſ. rationem Ariſt.1. probl.11.

15 Ex anni autem conſtitutionibus, (in vniuerſum) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

Ratio huius ſententiæ eſt manifeſtiſſima, nempè quia humiditas eſt cauſa putrefactionis, propterea imbres minus ſalubres, atque ſiccitatibus magis etiam lethales ſunt.

16 Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & apoplexiæ, & anginæ. In ſiccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.

17 Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem cogunt corpora, firmiora & agiliora, colotiora, & melius audientia faciunt, & aluos exſiccant, oculos mordent: & ſi pectus dolor aliquis prius obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ diffundunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præſtant, & aluos humectant.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

18 Quantum ad tempora anni, vere quidem & prima æſtate pueri, & qui hos proxime ſequuntur ætate, optimè degunt, & ſani ſunt maximè: æſtate verò, & autũno aliquatenus, ſenes: per reliquum autem autumnum & hyemem, qui mediam ætatem habent.

19 Morbi, omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibuſdam ipſorum & fiunt & exacerbantur.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

20 Vere etenim furores, & morbi melancholici & comitiales, & profluuia

fluuia ſanguinis, & anginæ,& graue-dines, & raucedines, & lepræ,& tuſſes, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

21 Aeſtate autem nonnulli horú, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres, & quartanæ, & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes, genitalium putredines, & ſudores.

22 Autumno verò plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ,& lienes,aquę inter cutem, & tabes, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum, & leuitatęs inteſtinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & aſthmata, voluuli, morbi comitiales, furores, melancholiæ.

Dictionem tabes, lege phtiſes, quia tabes nomen eſt genericum, quod emaciationem ſignificat. Hæc autem triplex dicitur ex Celſo lib. 3. c. 22. pthiſis, videlicet emaciatio cum vlcere in

pulmone, cachexia, & atrophia: φθί-*ſις etiam in græco codice legitur hic. Amplius difficultas inteſtinorum ex Hipp. lib. de nat. hominis recenſetur inter morbos æſtatis, & veris, ſed melius hic recenſetur inter morbos autumnales:*

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexiæ.

Dictio, morbi laterales, & pulmonis inflammationes, legenda eſt, pleuritides, & peripneumoniæ, vt græca verba ſonant; differt enim pleuritis à morbo laterali ex Hippoc. peripneumonia autem difert à pulmonis inflammatione ſaltem vt ſpecies à genere, cum etiam pleuritis ſit inflammatio pulmonis, vt oſtendimus agentes de parte affecta in pleuritide.

Idem Celſ. lib. 2. cap. 1.

24 In ætatibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis, oris vlcera (quę aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores,

vmbi-

vmbilici inflammationes, aurium humiditates,

25 In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

26 Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ quæ eſt in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

28 Plurimi autem morbi puerulis iudicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in annis

annis ſeptem, quidam verò iam ad pubem accedentibus. Qui verò permanſerint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut fœminis cùm menſtrua erumpunt, conſeneſcere conſueuerunt.

Idem Celſ. lib. 2, cap. 1.

29 Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij, ſed præcipuè antedicti.

Idem Celſ. lib. 2, cap. 1.

30 Vltra hanc ætatem progreſſis aſthma, id eſt creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna profluuia, choleræ, difficultates & leuitates inteſtinorũ, hæmorrhoides.

Dictio, morbi laterales pulmonis inflammationes, iuxtà græcum tex. legenda eſt, pleuritides peripneumoniæ, vt ſuprà etiam dicebatur.

Præterea verbum καῦσοι *non eſt legendum febres ardentes, ſed ardores.*

31 Senibus ſpirandi difficultates, deſtillationes cùm tuſſi, vrinæ ſtillicidia, vrinę difficultates, articulorum dolores,

dolores, & renum, vertigines, apoplexiæ, habitus corporis deprauatio, pruritus totius corporis, vigiliæ: alui, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.

Lib. 2. aph. 53. Hipp. ait, ſeneſcentibus alui magna ex parte exiccantur: an huic 31. aph. lib. 3. contraria dixerit Hipp. Negatiuè reſponderem; propterea quod alui ſiccæ ſunt, ſiue exiccantur ſeneſcentibus naturaliter; humeſiunt verò præternaturaliter, vt in præſenti docet Hipp.

LIBER QVARTVS.

Aphoriſm. I.

VTero gerentes ſunt medicandæ ſi materia turget, quarto menſe, & vſque ad ſeptimũ: ſed hæ minus. à iuniore autem fœtu & ſeniore abſtinere oportet.

Dictionem græcam φαρμακεύειν declara-

clarauimus in reſponſione ad Martianum quid ſignificet; purgari ſcilicet: veluti Gal. docuit in comm. & 1. aph. 22. Gal. idem 3. epid. com. 2. text. 8. iuniorem fœtum primi, vel ſecundi, ad ſummum tertij menſis eſſe dixit.

Amplius alibi docuimus, nempè in Theoria noſtra de feb. in communi, an ſeptimus menſis debeat intelligi incluſiuè, an verò excluſiuè: & contrà communem ſententiam diximus, incluſiuè intelligendum eſſe: nempè vtero gerentes ſunt purgandæ quarto mēſe, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, *hoc eſt & donec ſeptem menſium; nam dictio* ἄχρι *cum accuſatiuo ſignificat, vſque, cum genitiuo autem ſignificat, donec, Nempè & donec ſunt ſeptem menſium purgandæ vtero gerentes. Quod etiam intelligatur, ſeptimo menſe purgandas eſſe vtero gerentes, colligitur ex verbis illis, minus verò has, nempè ſeptimi menſis grauidas minus purgare oportet, quam cæteras menſium præcedentium.*

Prætera verbum, materia, in græ-

co

co textu non reperitur.

Inſuper dictio, à iuniore autem fœtu, & ſeniore abſtinere oportet, legenda eſt, iuniorem autem fœtum, & ſeniorem vereri oportet, non ſolũ quod ita ſonent verba græca, verum etiam quia cogimur aliquando vtero gerentibus purgantia pharmaca exhibere, etiam ſi fœtus iuniores, aut ſeniores exiſtant: quod abſque vllo timore faciendum eſſe in noſtra Theoria febriũ ſatis apertè demonſtrauimus.

2 In medicationibus talia educere è corpore, qualia ſponte prodeunt, vtile: quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Primò notandum eſt, dictionem, medicationibus, legendam eſſe purgationibus ex dictione φαρμακίησι. Secundò Phœſius legit etiam dictionem græcam ὁκόσα, & latinè ita ſummatim legit totum aph. In purgationibus talia è corpore educere conuenit, qualia etiã ſponte prodeuntia vtilia ſunt. Quæ ſanè lectio mihi ſũmopere arridet, propterea quod non omnia illa, quæ

ſponte

ſponte prodeunt, ſemper vtilia ſunt; Ergo neque educere oportet, ſed illa educere oportet, quæ ſpontè prodeuntia prodeſſe ſolent; medicus enim debet imitari naturam rectè operantem ex Galeno alibi.

Idem Hipp. 1. aph. 2.

3 Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt: cõtraria verò, grauiter.

Vtrum quæret aliquis, idem doceat Hipp. hic, quod in 2. 23. & vlt. primi lib. aphor. in quibus eadem ſententia ad verbum deſcripta habetur? Affirmatiuè reſpondetur, non tamen ad eundem finem, propterea quod in 2. lib. 1. ponitur hæc ſententia exempli gratia; in vltimo dicti libri affertur ab Hipp. in ordine ad purgationem arte factam; in 23. in ordine ad purgationem tum arte factam, tum etiam ſine arte; hic verò probandi, & roborandi cauſa præcedentem ſecundam aphoriſticam ſententiam.

4 Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores.

Dictio φαρμακεύειν etiam purgare ſigni-

ſignificat, vt ſuprà dicebamus, ſiue medicamento purgante vti, vt docet Gal lib. 1. aph. 22.

Huic aphor. contraria leguntur lib. de ſalubri diæta, ſed vt alibi dicebamus, ibi de ſanis, hic verò in aphoriſ. de infirmis eſt ſermo.

5 Sub Cane, & ante Canem, difficiles ſunt medicationes.

Dictio φαρμακιαι purgationes etiã ſignificat, quæ difficiles ſunt, nec non periculoſæ tempore canis: ſiquidem vt docet Hipp. lib de medicinis purgantibus in fine, carnes ægrorum, & ventres cum calidi ſint, medicamentum aſſumunt, & nihil depurgantur, & febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij ſpeciem præſefert; commota enim bile, & non purgata. ſiue aliјs humoribus, non ſorbere vult æger, neque bibere, ſed omnia abominatur, & plerumque perit. Quarè ſub cane & antè canem difficiles sũt purgationes. Vt verò docet Gal. lib. 2. de aliment. facult. cap. 1. tempus caniculare eſt 40. dierum circiter, nempè quia oritur

tur canis circà 10. Iulij, perdurat autem vſquè ad 20. Auguſti, quod tempus appellatur etiam hora anni, à quo dicuntur etiam fructus horarij, qui hoc tempore exoriuntur.

Sed vtrum, dicet aliquis, hic aph. melius legeretur, ſub Leone & ante Leonem? nempè quia, vt dicitur, ſunt periculoſæ purgationes ſub cane ratione caloris externi, & quia tunc temporis humores ignei ſunt, atque valdè calefacti. Canis autem non habet vim valdè calefaciendi, vt ſidus eſt, niſi recurramus ad occultas qualitates, atque ad ſacram anchoram ignorantiæ. Calores, qui vigent in æſtate magis ſunt eo tempore, in quo ſol reperitur in ſigno Leonis, qui quidem calores tribuuntur Cani, ſed ſoli in Leone potius tribuendi ſunt; nam omnis calor à Sole; Sol autem calefacit magis, & minus ſecundum poſitiones, in quibus reperitur. In Leone exiſtens, dicebat quidam Philoſophus, magis magiſque calefacit Sol, propterea quod Cœli pars illa, quæ ſigno Leonis deſignatur,

gnatur, denſior eſt, ideoque ſolares radij per illam partẽ tranſeuntes maioris actiuitatis ſunt, veluti experientia etiam conſtat in ſpeculo, aut alijs ſublunaribus. Atque ita ſub Leone, & ante Leonem periculoſæ ſunt purgationes. Dixit autem Hipp. ſub cane, & antè canem ex eo, quia tunc temporis canis oriebatur eo tempore, in quo ſol ſignum Leonis obtinebat, ſicuti Valleſius docet lib. de ſacra Philoſophia, ſi rectè memini.

6 Graciles, & facilè vomentes, purgare ſuperius, cauẽtes hyemem.

7 Vomentes verò difficulter, & mediocriter carnoſos, per inferiora, cauentes æſtatem.

8 Tabidos verò, per inferiora cauentes ſuperiora.

9 Melancholicos verò plenius per inferiora: eadem ratione contraria apponentes.

Quatuor proximè ſuperiores aphoriſmi vnus & idem ſunt: nempè in 6. docet Hipp. quod graciles, & facilè vomentes purgare ſuperius oportet

cauentes hyemem. In 7. contrarium legitur, videlicet vomentes difficulter, & mediocriter carnoſos per inferiora purgare oportet cauentes æſtatem. In 8. & 9. ſic legitur textus græcus, Tabidos verò cauentes ſuperiora; Melancholicos verò plenius inferiora, eadem ratione contraria apponentes: Melancholicos, inquam, cauentes inferiora, vult dicere Hipp. ſicuti enim (ſi fieri poteſt) cauendum eſt, ne tabidi per ſuperiora purgentur propter imbecillitatem ventris ſuperioris, ita etiam cauendum eſt, ne melancholici per inferiora purgentur. In 8. igitur verba, per inferiora, ſuperflua ſunt; in 9. autem verbum, per.

10 Medicari in valde acutis, ſi materia turget, eadem die: tardare enim in talibus malum eſt.

Dictio etiam medicari, purgari legẽda eſt ex dictione græca φαρμακεύειν.

Dictio, ſi materia, in græco codice non reperitur, vt alibi aduerſus Martianum dicebamus.

Idem in Coacis.

11 Quibus adſunt tormina, & circa

ca vmbilicum labores,& lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter ſoluitur:hydrops ſiccus contrahitur.

Dictio tormina græcè legitur ςρόφοι, quæ propriè ſignificat reuolutiones, nõ tormina. Cum tormina latinè loquendo dyſſenterias ſignificet, vt apud Celſum videre eſt lib.4. cap.15. necnon etiam Paulus ita fuit interpretatus lib.3. cap.42. In altero aphor. Hipp. inferius ςρόφοι etiam legitur, & reuolutionem ſignificat.

12 Quorum alui inteſtinorum leuitate laborant, hyberno tempore per ſuperiora purgari, malum.

13 Qui non facilè per ſuperiora purgantur, ad veratrum admittendi ſunt, pleniore cibo & quiete corpoporibus ante potionem humectatis. Idem Hipp. lib.de veratri vſu.

Hic nomine τροφῆ non omnes res non naturales, ſed cibum, ſorbitionem, & potum ſolummodò intellexit Hipp. quia & quietis ſubſequẽter meminit.

14 Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum du- Idem Hipp. lib.de veratri vſu.

cere magis: ad ſomnos verò atque quietem, minus. Indicat autem nauigatio, turbari motione corpus.

Indicat autem nauigatio corpus motione perturbari. An ex his verbis concludi poſſit, quod medicamenta turbando purgent? Sanè mihi hæc ſententia videtur probabilior, quamquam ex Hippocr. medicamenta trahendo purgare dixerim in reſponſione ad Proſperum Martianum ſuper aph: Concocta medicari.

Idem lib. de veratri vſu, vbi etiam aph 16. 17. 18. & 19. repetuntur.

15 Cum voles elleborum magis ducere, moue corpus: cum verò ſiſtere, ſomnũ inducito nec moueto.

Græca dictio κίνε, ſcilicet moue, licet ſignificet quamcumque motionẽ, tamen hic præcipuè intelligitur de motu locali, & de illa motione, quæ quieti contrariatur, vt colligitur ex aph. 14. *præcedente*.

Idem Hipp. lib. de veratri vſu.

16 Carnes ſanas habentibus elleborus periculoſus, facit enim conuulſionem.

Carnes ſanas habentibus helleborus periculoſus, inquit Hippoc. in hoc aph.

aph. propterea quod conuulſionem efficit. Sed eſt etiam periculoſus, quoniam ſanis exhibitus menti tenebras offundit, ſcribit Democritus in epiſtola ad Hipp.

17 Eum, qui non febricitat, cibi faſtidium, morſus oris ventriculi, vertigo & oris amaritudo, purgatione indigere per ſuperiora ſignificāt. Idem Hipp. lib. de veratri vſu.

Hæc omnia ſymptomata non diſiunctiuè, ſed coniunctiuè ſumpta indicant purgationem per ſuperiora celebrandam.

18 Dolores qui ſunt ſupra præcordia, quicunque egent purgatione, medicari oportere per ſuperiora ſignificant. Quicunque autem infra ſubſiſtunt, per inferiora. Idem Hipp. lib. de veratri vſu.

Dictio præcordia φρενῶν legitur, hoc eſt ſupra phrœnem, ſiue ſeptum tranſuerſum alias appellatum.

Dictio medicari, melius purgari legeretur: ſiquidem φαρμακεύειν id etiam ſonat, vt alias in reſponſione ad Martianum ſuper eodem verbo dicebamus.

Idem Hipp. lib. de veratri vſu.

19 Qui in medicamentis purgati non ſitiunt; non ceſſant priuſquam ſitiant.

Hunc aph. Hipp. ſic legit lib. de veratri vſu, Quicumque pharmacorum potionibus non ſitiunt dum purgantur, non ceſſant prius quam ſitierint. Ergo dum purgantur, non autem purgati legendum eſt.

Præterea neque de omni purgatione intelligendus eſt aph. ſiquidem vſus eſt Hipp. ſimpliciter dictione φαρμακοποσιῃσι, quæ dictio idem ſignificat, atque φαρμακείης, nempè fortes purgationes, vt Gal. docet 7. aphor. tex. com. 26. cum etiam dictio, leuis, non adiungatur, vt Hipp. conſuetus eſt loqui, quandocumque non fortem purgationem, ſiue leuem ſignificare intendit.

Vide hic Alex. Petronium in proprio commentario: qui ſummatim ex hoc aph. colligi inquit, quod in purgationibus quandocunque ſitis non accedat, ſemper ſequetur purgatio ſignum eſt; non tamen è contra accedente ſiti,

ti,

ti, neceſſario purgatio non ſequatur amplius: quia etiam cum ſiti poſſunt amplius purgari ægrotantes.

20 Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor; purgari per inferiora oportere ſignificatur.

Omnia ſymptomata recenſita cumulatiuè requiruntur ad hoc, vt aph. verificetur, & purgatio per inferiora moliri poſſit, non tamen ſatis eſt vnũ, vt colligitur ex dictione græca καὶ coniunctiua.

21 Deiectiones nigræ, ſanguini atro ſimiles, & ſponte procedentes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ: & quanto colores praui fuerint plures, deterius: à medicamento verò procedentes, meliores ſunt: idque quantò plures fuerint colores non praui.

Idem in Coacis.

Petrus Salius Diuerſus in lib. de morbis ab alio nõ tractatis examinat hunc affectum, & interdum deiectiones nigras ſanguini atro ſimiles criticè euacuari docet, nec non abſque vllo

diſcrimine. Fortaſsè ipſe intellexit de vomitu; hic verò Hipp. intelligit de deiectione per inferiora; id enim ſignificat dictio, deiectiones, hic, & propriè intelligitur de deiectionibus, quæ per inferiora excernuntur, cum etiam Hipp. Ὑποχωρήματα dicat.

Idē in Coacis de febre affirmat. Hipp.

22 Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis vel ſupernè vel infernè exierit: lethale.

Quarto epid. Hipp. Eumenis vxorē refert bilem atram autumno euomentem.

23 Quibuſcunque per morbos acutos vel diuturnos, aut vulnera, aut quemuis alium modum extenuatis, nigra bilis, aut veluti ſanguis niger per inferiora ſubſederit: poſtridie moriuntur.

24 Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.

Gal. lib. 5. de vſu part. cap. 10. cauſam reddit præſentis aph.

Hunc aphor. Gal. lib. 5. de vſu partium, cap. 10. rectè etiam declarauit.

Dictio difficultas inteſtinorum, dyſenteriam ſignificat; nam græcè δυσεντερίη legitur.

San-

25 Sanguinem quidem ſupra ferri, qualiſcumque ſit, malum. infra autem, bonum: cùm niger deijcitur. Idem in Coacis.

Hæc verba, cum niger deijcitur, non ſunt in textu antiquiori. quidam autem textus græci ex recentioribus ſic legunt, καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακὸν. hoc eſt, & nigra excrementa, malum.

Ego dicerem, hic intelligi de ſanguine reiecto per ſputum, atque ex pulmone prodeunte; nam de ſanguine ex vomitu Hipp. 7. aph. 38. hunc ſine febre ſalubriter eijci, docet.

26 Difficultatem inteſtinorum habenti, ſi veluti carunculæ deijciantur, lethale eſt.

Vt alibi diximus, difficultas inteſtinorum dyſenteriam ſignificat.

27 Quibus febricitantibus ſanguinis fluxerit multitudo quacunque ex parte: cùm reficiuntur, alui ijs humectantur. Idem in Coacis.

Fluxio ſanguinis hic hæmorragia græcè appellatur ex Hipp. Ergo de fluxione ſanguinis intelligitur à natura,

&

& ſponte facta, non autem de illa fluxione, quæ arte celebratur; nam Phlebotomiam dixiſſet. Præterea alui humectantur, dicit etiam Hipp. poteſt tamen aluus humectari abſque fluxu, vt colligitur ex eodem Hipp. lib. de affect.

Idem in Coacis.

28 Quibus biliosæ ſunt deiectiones, hæ ſuperueniente ſurditate ceſſant: & quibus ſurditas adeſt, ſuperuenientibus biliosis deiectionibus, ceſſat.

Hunc aph. & antecedentem verificatum ego vidi in D. Felice de Bellis Eretano anno 1605.

Idẽ in Coacis circa initia.

29 Quibus febricitantibus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.

Cum horrore in 6. die fuit indicata virgo in Laryſſa 3. epid. ſect. 3. nu. 12. differunt autem rigor, & horror.

30 Quibuſcunque acceſſiones fiunt: quacunque hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

Declaratur hic aphor. in lib. noſtro

progn.

Digitized by Google

progn. Si eadem hora cras occupauerit, hoc eſt illa hora, in qua deſijt febris, ſi iterum redeat, iudicium difficile indicatur.

31 Febricitantibus laſſitudinem habentibus, in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt. Idem lib. de humorib.

Dictio potiſſimum cadit ſuprà maxillas, videlicet in articulos, & potiſſimum circà maxillas abſceſſus fiunt.

32 Quibus autem eualeſcentibus ex morbo pars aliqua dolet, ibi fiunt abſceſſus. Idem lib. de humoribus.

Dictione ἀποστάσιες ſiue abſceſſus hic intelliguntur aut apoſtemata, ſeu decubitus humorum: quamquam abſceſſus, ſiue ἀπόστασις apud Hipp. ſit multiplex: vel enim eſt abſceſſus, per decubitum, & collectionem materiei in parte aliqua, ſicuti hic intelligitur: ſeu per effluxum, vt ſunt ſtranguria, alui fluor, hæmorrhagia, & alia ſimilia: aut per mutationem morbi in alium morbum, vt ſunt abſceſſus in quartanam, eriſipelata, aut alia his ſimilia. Ita docet Hipp. lib. 1. epid. & alibi,

alibi, nec non Phœſius omnes has differentias abſceſſus in ſua Oeconomia diligentiſſimè recenſet in verbo ἀπο-ϛάσεις.

Idem lib. de humor.

33 Sed ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus ſtatuitur.

Iuxta Græcam dictionem πιπονηκὸς non legendum eſt, doluerit, ſed vitioſa fuerit; nempè ſed ſi antè morbum aliqua pars vitioſa fuerit, ibi morbus firmatur. Poteſt autem pars aliqua corporis pluribus modis vitioſa eſſe abſque dolore: ergo etiam de omni modo vitioſo intelligendum eſt.

34 Si febrem habenti ſuffocatio repente ſuperuenerit, nullo tumore in faucibus exiſtente: eſt lethale.

35 Si febrem habenti repente collum peruertatur ac vix poſſit deuorare, non exiſtente tumore: lethale eſt.

Idem Hipp. lib. de iudicat. initio 1. præn. com. 1, tex. 26.

36 Sudores febricitanti ſi incæperint, boni, tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & ſeptimo decimo, & vigeſimoprimo, & vigeſimoſeptimo,

mo, & trigeſimoprimo, & trigeſimo-quarto. Hi enim ſudores iudicant morbos. Qui vero non ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidiuam.

Sudor iudicatorius in 6. fuit ægroto 12. 3. epid. ſect. 3.

Sudor iudicatorius in 4. fuit ægr. 6. 3. epid. ſect. 3. & ægroto 11. 7. epidim.

Præſentis aphoriſmi ratio legitur in 4. de morb. Hipp.

37 Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi ſignificant. Idem lib. 2. de morb. in Coac. & 1. prœn. com. 1. tex. 26.

Celſus lib. 2. cap. 5. ait frigidum ſudorem morbum indicare longum, cum circa caput ſolummodò, & ceruicem oritur in febribus non acutis.

38 Et qua parte corporis ſudor eſt, ibi ſignificat morbum eſſe.

39 Et qua parte corporis calor aut frigus, ibi morbus eſt.

40 Et vbi in toto corpore mutationes fiunt; ſi corpus refrigeretur, vel rurſus calefiat, vel color alius ex Idem Celſ. lib. 2. cap. 5.

alio oriatur: longitudinem morbi ſignificat.

41 Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus vti pluri cibo ſignificat. ſi verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet quod euacuatione indiget.

Τροφῇ alimentum legendum eſt, vt alibi.

Scire oportet, quod indiget euacuatione, hæc vltima dictio κενώσιος græcè dicitur, qua ex Gal. extremo lib. 1. de ſalub. diæta ſignificat inanitionem, quæ nutritioni, & alimento opponitur, & de hac etiam euacuatione intelligendum eſt in præſenti aph. cum ſuperius de pluri alimento mentio facta fuerit.

42 Sudor multus calidus vel frigidus ſemper fluens: frigidus magis, calidus minus ſignificat morbum.

Sudor calidus minorem ſignificat morbum, frigidus verò maiorem, & ita legendus eſt aph.

Idem Hipp. in Coacis.

43 Febres quæcunque non intermitten-

mittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculoſæ. Quocunque autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificant.

Super hoc aph. vide Alexandrum Petronium.

Verba illa tertia die fortiores fiunt, vtrum intelligenda ſint de prima, & vnica tantummodo tertia die, an verò de quacunque tertia die? Sanè de quacunque reſponderem; nempè eſt ſententia Hipp. quod febres continuæ, quæ per tertium fortiores fiunt, ſiue exacerbantur, magis periculoſæ ſunt. Hæ autem febres, quæ per tertium fortiores fiunt, ſi deinde intermittant, periculo vacant; hæ, inquam, particulariter febres; nam alias aliæ febres continuæ ſi deinde intermittant, non ſemper periculo vacant, vt videre eſt 1. epid. & alibi apud Hipp. Et ita etiam legit Alex. Petronius.

44 Quos febres longæ exercent, ijs tubercula vel labores in articulis fiunt. Idem in Coacis.

45 Quibus tubercula, vel in articulis

culis labores ex febribus accidunt; ij pleniore vtuntur cibo.

Idem in Coac.

46 Si rigor incidat febre non intermittente, ægro iam debili, lethale eſt.

Ergo de febre continua aphoriſmi eſt ſermo. ſi videlicet in febre continua rigor fiat, febre non intermittente ægro iam debili; lethale eſt.

Phœſius legit, ſi rigor frequenter incidat, ſed in græco codice dictio, frequenter, non adeſt.

Idē in Coacis, & 7. aphor. 72.

47 Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ & bilioſæ, omnes malæ. Sed ſi proſperè excernuntur, ſiue per alui excretionem, ſiue per vrinas: bonæ. Si verò aliquid eorum quæ non confert excerni, per hæc loca excernitur: malum.

Prima dictio, excretiones, de omni excretione intelligenda eſt.

Idē in Coacis, & 1. epid. ſect. 3. text. 21.

48 In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores ſint frigidæ, interiores verò vruntur, & ſitim habeant; lethale eſt.

Phyli-

Phylini uxor cum extremorum frigiditate perſeuerante obijt 20. die: At Herophon 17. euaſit, quamquam 7. die frigidus fuiſſet. quoniam fortaſſè frigiditas non fuit perſeuerans. de qua hic loquitur Hipp.

49 In febre non intermittente, ſi labrum, palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili exiſtente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. Idem in Coac. circa initia. 1. progn. text. 12. 6. epid.

Dexter oculus vndecima die diſtortus fuit ægrotæ 11. 3. epid. ſect. 2. ſeptima die phrenitide interijt: Vide Gal. in comm.

50 Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.

51 In febribus abſceſſus, qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant.

Dictio abſceſſus græcè legitur ἀποστήματα, ergo de apoſtematibus intelligendus aph. non ſoluunt, hoc eſt non liberant. Phœſius legit, abſceſſus ſi

F pri-

primis iudicationibus non ſoluantur. Sed male legit, ſi verba Hipp. bene perpendantur.

Idem Hipp. 4. & 6.epid. & 1.progn.

52 Ijs qui in febribus, vel in alijs morbis ſponte illacrymãt, nihil horribile accidit: qui verò non ſponte horribilius.

In tractatu meo de fletu, & lacrymis declaratur, quænam ſint lacrymæ ſpontaneæ, & quæ non.

53 Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, ijs fortes fiunt febres.

54 Quibus plurimùm ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.

Verba illa, in febribus ardentibus, græcè leguntur ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν. *Ergo* καῦσος *non ſignificat febrem ardentem, ſed ardorem; nam ad ſignificandam febrem ardentem addit hic Hipp. dictionem* καυσώδεων. *Sed de hac re melius cum de febribus in particulari.*

Idem Hipp. 2.epi.ſect.3. Celſ. lib.2. cap.5.

55 Ex inguinum, tumoribus, febres

bres omnes malæ, præter diarias.

Hipp. 2. epid. ſect. 3. In glandularum tumoribus febres omnes malæ, inquit. Hic ergo genericè, in aph. verò in particulari de inguinum glandulis loquitur.

56 Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multã ſignificat humiditatem.

Dictio, febre non deficiente, melius legitur, non deſinente, ſiue non intermittente ex dictione ἐκλείπωντος.

57 Qui à conuulſione aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur. Idem 1. de morb. & lib iudic. Hipp.

Diſtentio melius rigor etiam latinè legitur cum Celſo lib. 2. cap. 1. quia τετάνυ græca vox eſt.

Duo autem hæc nomina σπασμὸς, τέτανος, differunt quidem maximè apud Hippocratem, namque σπασμὸς latinè conuulſio dicitur: motus quippè neruorum deprauatus. τέτανος autem non modo deprauatus eſt motus,

ſed eſt immobilitas quædam, quam Celſus loco dicto rigorem dixit, hoc eſt inflexibilitatem, vel ſtabilitatem corporis, vel partium ipſius. Quæ quidem inflexibilitas, & rei ſtabilitas tripliciter eſſe poteſt, vel in anteriora vergens, vel in poſteriora, aut ſecundum rectitudinem. prima emproſtotonos appellatur græcè, ſecunda opiſtotonos: tertia verò tetanos antonomaſticè dicitur.

Quod inquam tetanos, & ſpaſmos ſiue conuulſio, & rigor latinè inter ſe differant, præter ſupradicta colligitur ex Hippoc. in pluribus locis. Atque primo hic ſpaſmum, aut tetanum disiunctiuè dicit, tamquam de rebus inter ſe maximè differentibus. 5. aph. 17. frigidum legitur facit conuulſiones, tetanos. quo eodem loquendi modo vtitur idem Hipp. in aph. 20. & 75. eiuſdem 5. lib. Tetanus igitur res differens à conuulſione eſt.

Neque obſtat quod Gal. Tetanum conuulſionem appellauerit, & motum eſſe amplius deprauatum, motumque eundem

eundem tonicum vocabulo dixerit: quia eſto quod tetanus conuulſio ſit cum incipit: cum autem factus fuerit, nulla conuulſio appellari poteſt: quia nullus amplius accidit motus, ſed immobiles partes ſunt, cum tetanus perfectè eaſdem obſederit.

58 Febre ardente laboranti, rigore ſuperueniente, ſolutio fit. Idem Hipp. lib. de iudicat. & in Coacis.

Alibi diximus, & præſertim in theoria noſtra febrium, quod καῦσος, ſiue ardor accidens febris eſt, non febris ſpecies; καῦσος enim ardorem ſignificat, qui rigore ſoluitur.

59 Tertiana exquiſita ſeptem circuitibus, cum longiſsima eſt, iudicatur. Idem Hipp. lib. de iudicat.

In Coacis addit Hippocr. Ad ſummum nouem.

60 Quibus in febribus aures obſurduerunt: ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum. Idẽ in Coacis, 2. epid. ſect. 5. & Heraclides Ponticus ſuper Homer. 1. Iliad.

61 Qui morbi diebus paribus iudicantur, male iudicantur, ac lubenter repetunt.

Idem Hipp. 4. de mor. Febricitans, niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare.

Gal. in comm. cui acceſſit Oribaſius, non legit diebus imparibus, ſed diebus decretorijs: quia ſunt aliqui dies pares etiam decretorij. ſed fortaſsè, dicet aliquis, hoc particulare eſt febriũ priuilegium, ſiue proprietas.

Hunc aph. confirmat Hipp. 1. epid. tex. 35. vbi recenſet quaſdam febres continuas mites, ſed longas, quæ iudicabantur in diebus paribus, & deindè recidiuabant.

Idẽ in Coacis, & lib. de iudicat. 62 Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.

Verificatur hæc ſententia in hiſtoria Hermocratis 3. epid. ſect. 1. egro 2.

63 Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febre ſoluuntur.

Si rigor corripuerit ardor igneus ſuperuenit, inquit Hipp. 1. de morbis.

Idẽ in Coacis, & lib. iudicat. 64 Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit,

rit, bonum: niſi dextrum hypocondrium obduruerit: ſi verò non, non bonum.

65 In febribus circa ventriculum fortis æſtus, & cordis morſus: malũ:

Quid ſit cordis morſus, vel cardiogmos græcè, vide in lib. noſtro de prognoſticis, cum de dolore agitur.

66 In acutis febribus conulſiones, & circa viſcera dolores fortes: malũ.

67 In febribus, ex ſomnis timores, vel conuulſiones: malum.

68 In febribus ſpiritus offendens, malum. conuulſionem enim ſignificat.

Declaranda eſt dictio προσκόπτον *offendens latinè, hoc eſt ſpiritus ille, qui dum expiratur, impingit, concutit, ſiue propellit.*

69 Quibus adhuc febricitantibus, vrinæ ſunt craſſæ, grumoſæ, paucæ, multitudo earum tenuis ſuperueniens iuuat. præcipuè verò tales veniunt quibus ab initio, vel non ita multò poſt, ſedimentum ineſt. Idem in Coacis.

70 Quibus febricitantibus vrinæ Idem in Coacis.

ſunt perturbatæ, quales ſunt iumentorum, ijs dolor capitis vel adeſt, vel aderit.

Hipp.7. epid. in principio recenſet Poliphantum, qui vrinam eiecit rubicundam, conturbatam velut iumenti.

Idem in Coacis.

71 Quibus ſeptimo die fit criſis, ijs nubecula rubea quarto die in vrina apparet, & alia, ex ratione.

72 Quibus vrinæ albæ ſunt, & perſpicuæ, malæ: præſertim verò in delirantibus apparent.

Præſertim vero ſi in delirantibus appareant, legendum eſt: quia dictio, ſi, in Græco reperitur.

At Poliphantus ſuprà dictus, qui Phræniticus euaſit perijt cum vrinis rubicundis, & conturbatis.

73 Quibus hypochondria ſuſpēſa murmurant, lumborum dolore ſuperueniente, ijs alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat. hæc verò in febribus.

74 Quibus ſperatur abſceſſus futurus

turus ad articulos: eos liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba: qualis in laborioſis feb ibus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si verò etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit.

Idem lib de humorib' in fine. 6.epid. com.4. tex. 2.

Abſceſſus nomine hic non intelligitur apoſtema, ſed decubitus alicuius humoris ad articulos, & hunc caſum ego ad vnguem obſeruaui in Adm.Reuerendo Patre Gabriele de Nappis Ieſuita, qui ſæpè ſæpius podagræ obnoxius, abſque ea vitam duxit per aliquot mĕſes vrinam eijciens multam, craſſam, & albam. Hanc vrinam, Hipp.lib. de humoribus ait, fuiſſe familiarem Archigeni. Gal. verba illa, quarto die, in quartana legenda eſſe docet. Verum ex altera parte hanc vrinam in febribus laborioſis fieri docet in aphoriſmo idem Hipp. Quarè non de quartana intelligendum, ſed potius, quarto die, legendum eſt.

75 Si ſanguinem aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

Idem lib de genitura.

Quibus

Idem lib. de nat. human. in fine.

76 Quibus cum vrina craſſa, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vnà exeunt, ijs à renibus excernitur.

Idem lib. de nat. human.

77 Quibus cum vrina craſſa, furfurea quædam ſimul exeunt: ijs veſica ſcabie laborat.

Idem Hipp. lib. de nat. humana. com. 2. tex. 19.

78 Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, ijs à renibus venula rupta ſignificatur.

Idem Hipp. lib. de nat. humana. com. 2. tex. 17.

79 In quorum vrinis ſabuloſa ſubſiſtunt, ijs veſica laborat calculo.

Aduerte, quia ſabuloſa ſubſident, inquit Hipp. non ſabulum ſubſidet; nimirum, quod ſubſidet non arena ſolum ſit ſimplex, ſed arenoſum eſſe debeat, ad hoc vt verificetur aphoriſmus.

Idē 7. aph. 40.

80 Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat vētrem, & pectinem, & femen, ad veſicam labor eſt.

81 Si ſanguinem aut pus minxerit, aut ſquamulas, & grauis odor adſit, veſicę exulcerationem ſignificat.

82 Quibus in vrinaria fiſtula tubercula

bercula naſcuntur: ijs ſuppuratione facta & eruptione, ſolutio aduenit.

83 Mictio noctu plurima contingens, paruam ſignificat deiectionem.

Saluſtius Saluianus lib. 1. de vrinis cap. vlt. rationem reddens huius aph. ait, id accidere, propterea quod humidiores excrementorum partes ad vrina vaſa deferuntur. Et quod fæces per vrinas educi valeant, autoritate Ariſtotelis probat 4. de gener. animal. cap. 4. vbi recenſet vaccam quamdã fuiſſe, cuius anus cum clauſus eſſet, fæces in flatus, nec non vrinas conuertebantur, eijciebanturque.

LIBER QVINTVS.

Aphoriſm. I.

Conuulſio ex elleboro, lethalis eſt. Idem Hipp. in Coacis.

2 Conuulſio ex vulnere, lethalis eſt. Idem Hipp. in Coacis, & 1. de morb.

Cuidam vulnerato in capite cum fractura cranij, vbi Chirurgus multa lineamenta vulneri impoſuiſſet, vt vulnus apertum ſatis conſeruaretur pro facili operatione; nimiumque lineis alijs tegmentis caput oneraſſet, vt à frigido externo tutum redderet; ſuperuenit conuulſio colli, capitis, brachij, & ſiniſtri ferè totius lateris. Conſilio meo, qui eidem curationi intereram, fuit vulnus detectum, & omnia alia medicamenta familiares abiecerunt. & ſic conuulſio ſtatim euaſit, & ſanitati poſtmodum reſtitutus fuit æger. Ergo, dicerem, Conuulſio à vulnere, vt vulnus eſt, lethalis: non autem ſemper in vulnere lethalis affirmarem.

3 Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus aut conuulſio ſuperueniẽs, malum.

Intelligitur de ſanguine fluente tũ ex cauſa externa, tum etiam interna, cum propoſitio vniuerſalis ſit. Intelligitur etiam de ſanguine infernè fluẽte; nam in græco textu reperitur κάτω, hoc

hoc eſt infrà: videlicet ſanguis multus fluens infrà, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens malum. Hæc ſunt propria verba aphoriſmi.

4 Ex nimia purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens malũ. Idem lib. de vſu veratri. in princ.

5 Si ebrius quiſpiam repente obmutuerit: conuulſus moritur, niſi febre corripiatur: aut vbi ad horam peruenerit qua ſoluuntur crapulæ, vocem recuperet. Idem 2. de morb.

Iuxtà græcam lectionem hic aph. ita legendus eſſet. Si ebrium repentè mutus aliquis euadat, Sed id accidit fortaſſe defectu tipuarij, atque, ſi ebrius, legendum eſt.

6 Quicunque tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. ſi verò hos effugerint, ſani fiunt. Idem Celſ. lib. 4. cap. 3.

7 Quibuſcunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt. quibuſcunque autem vigeſimoquinto, ferè commoriuntur.

8 Quicunque morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus

non

non repurgantur, ij ad ſuppuratio-
nem vertuntur.

Dictio morbo laterali, pleuritide legenda eſt; tum quia ita ſonant græca verba: tum etiam quia non omnis morbus lateralis eſt pleuritis; hic de pleuritide intelligitur.

9 Tabes fiunt pręcipuè ætatibus à decimooctauo vſque ad trigeſimũ quintum.

Dictio, tabes, legenda eſt, phthiſes. Celſus lib. 3. cap. 22. legit, ab anno duodecimo vſque ad trigeſimum quintum: ſed fortaſſe duodeuigeſimo dicere volebat.

Ratio huius aph. inter alias à Gal. & alijs traditas vera hæc eſt, atque perpulchra ſentẽtia mea; nempè quia ab anno decimooctauo vſque ad trigeſimum quintum creſcunt pulmones, ego dicerem, in quo temporis tractu ſi thorax alicui anguſtum ſit, patiuntur pulmones, cum locum ſufficientem non habeant, atque in phtiſim tranſeunt. Et quod ita ſe res habeat, colligitur ex Ariſt. lib. de ſpiratione, vbi, iuuentus, inquit,

inquit, eſt accretio, quam prima refrigeratrix, pars (nempè pulmo) ſuſcipit. Senectus eius ipſius partis diminutio. Medium verò, quod inter hæc duo reſidet, firmitas, vel vigor aſſeritur.

10 Quicunque ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt. ſi verò has effugerint, ſuppurantur.

11 Qui tabe moleſtantur, ſi ſputũ quod extuſſiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale. Idẽ in Coacis, & 2. de morb.

Hic dictio, tabes, melius legeretur phtiſis, vt græcè ſonat.

12 Quibuſcunque tabe laborantibus, capilli à capite defluunt: ijs alui profluuio ſuperueniente, moriuntur. Idem in Coacis.

Etiam hic pro tabe phtiſis intelligenda eſt.

13 Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit. Idem Hipp. in Coac.

In Coac. idem Hipp. quicumque, inquit,

inquit, ſanguinem ſpumoſum expuũt, præcordium dextrum dolentes, de hepate expuunt, ſed de hepate expuunt mediatè, ex pulmone verò immediatè. Nota etiam, quod ſi ſpumoſus ſanguis de pulmone exit, poteſt tamen ex eodem etiam non ſpumoſus fluere, & præſertim ſi in magna quantitate emittatur, vt experientia patet.

14 Tabe laboranti, profluuium alui ſuperueniens, lethale.

Rationem huius aph. affert Hipp. in 3. de morb. Pro tabe hic etiã phthiſis intelligenda eſt ex græco textu.

Idem in Coacis.

15 Quicunque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur à die qua fit ruptio, liberantur. Si verò non, ad tabem tranſeunt.

Morbus lateralis pleuritis legendum, & per Hipp. 6. aph. 5. differunt hæc duo nomina.

Idem Hipp. lib. de humid. vſu.

16 Calidum, vbi quis ſæpius eo vtitur, hæc mala affert, carnis effœminationem, neruorum imbecillitatem, mentis torporem, profluuia ſangui-

ſanguinis, animi defectionem: quibus mors ſuccedit.

17 Frigidum autem conuulſiones, tetanos, liuores, rigores frebiles.

Idem Hipp. lib. de hum. vſu.

18 Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: calidum verò vtile.

Idem Hipp. lib. de hum. vſu.

19 Quæcunque refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis ijs quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt.

Idem Hipp. 6. epid. com. 5. tex. 8. & lib. de humid. vſu.

Cur etiam calefacta non perfrigeranda etiam hic docuit Hippocrates? quia dicerem, calido viuunt homines, frigido interdum extinguuntur. Ideo libentius calefacienda ſunt corpora, quam refrigeranda.

20 Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorem inducit, rigores febriles, conuulſiones, tetanos.

Idem lib. de humid. vſu.

21 Eſt autem vbi in tetano ſine vlceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit.

Vide Ariſt.9. probl.9. Heliodorum Phœniceum lib hiſt. Aethiopicæ 2. & Hipp.lib.de hum vſu in fine. Vbi ita legit hunc aph. Quandoque autem in hac diſtentione (diſtentionem enim vocat tetanum) ſine vlcere Iuueni carnoſo redit æſtate, multæ aquæ frigidæ effuſio caloris reuocationem facit; calor autem hæc ſoluit.

Idem Hipp. lib. de hum. vſu.

22 Calidum ſuppuratorium non in omni vlcere, magnum ad ſecuritatem eſt indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, & tetanos mitigat, capitis ſoluit grauitatem: plurimum autem confert oſſium fracturis, ſed nudis præcipuè: eorumq. maximè qui in capite vlcera habent, & quæcunque à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & herpetibus exedentibus, ſedi, pudendis, vtero, veſſicæ. his calidum amicum & iudicans, frigidum inimicum & perimens.

Cauſſam reddit huius aphoriſmi Hipp. in lib. de hum. vſu.

23 In his frigido eſt vtendum,

vnde

vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa admoto, ſed circa ea vnde influit: & vbicunque inflammationes, aut velut incendia quædam ad rubrum & floridum, ſanguine recenti tendunt: ijs ipſis admoto. nam veteribus nigredinem affert. Eryſipelas etiam non vlceratum iuuat: nam exulceratum lædit. Idem Hipp. lib. de hum. vſu. Cel. lib. 3. cap. 10.

24 Frigida qualis nix & glacies, pectori inimica: tuſſes mouent, ſanguinis profluuium, & deſtillationes. Idem Hipp. 6. epid. com. 3. tex 14. & lib. de hum. vſu.

25 Tumores articulorum, atque dolores abſque vlcere, podagras & conuulſiones, horum plurima frigida aqua largè effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq. dolorem. nam modicus torpor dolorem ſoluit. Idem Hipp. lib. de hum. vſu.

Hipp. lib. de humid. vſu hunc aph. ad verbum repetit, vbi verba illa, modicus torpor, leguntur, moderatus torpor.

26 Aqua quæ citò calet, & citò refrigeratur, leuiſſima eſt. Idem 2. epidim. ſect. 2. vide lib. de aere, aquis, & locis Hippocr. & d Auic. 2. 1. . 2. cap. 26.

27 Qui noctu bibere appetunt, ijs

ijs admodum ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum.

28 Suffitus aromatum muliebria ducit: ſæpius verò & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem.

Quomodo ſuffitus aromatum parari debeat, vide Hipp. 2. de morb. mulierum, vbi diffuſe id examinat.

Idem lib. 4. aph. 1.

29 Grauidas purgare turgente materia à quarto menſe vſque ad ſeptimum, minus verò has. Recentiores autem & ſeniores fœtus cauere oportet.

Pro explicatione huius aph. vide ea omnia, quæ ad aph. 1. lib. 4. adnotauimus Præterea dictio, à quarto menſe, in tex. græco legitur τετϱάμηνα, quæ græca vox quarto menſe, hoc eſt quadrimeſtres ſignificat.

Idem Hipp. 1. de morb.

30 Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt.

Mulier trimeſtri grauida 1. epid. ſect. 3. tex. 30. num. 13. laborans acuta febre, decimaquarta die ſine abortu ſeruata fuit.

Mulier

31 Mulier vtero gerens, ſanguine miſſo ex vena, abortit, & præcipuè ſi fœtus ſit grandior.

Si fœtus ſit grandior, vtique minus tuta eſt phlebotomia, quæ tamen etiã in grauida interdum, & vrgente neceſſitate celebranda eſt; quinimò Cornel. Celſus, robuſtus ſenex, inquit, firmus puer, & mulier grauida valens tutò phlebotomantur, veluti experiẽtia idem comprobat.

32 Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio aduenit.

Nota verbum ἐμοῦσῃ hoc eſt euomenti, non autem expuenti, inquit Hipp. vomitus enim eſt reiectio à vẽtriculo; ſputum autem ſi cum tuſſi accidat à pulmone educitur.

Dictio erumpentibus, græcè ῥαγέντων dicitur; quam dictionem Gal. ad Iulia. cap. 1. apud Hipp. largiores vacuationes ſignificare dixit.

33 Menſtruis deficientibus, ſanguis ex naribus fluens, bonum.

34 Mulieri in vtero gerenti ſi al-

uus plurimum profluat, periculum eſt, ne abortiat.

Aluo fluente plurimum, periculum eſt, ne mulier vtero gerens abortiat; aluo autem ſponte fluente hic intelligitur: quamquam etiam arte plurimum ſi aluus profluat, in eodem periculo verſetur mulier vtero gerens.

35 Mulieri, quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniẽs ſternutatio, bonum.

Phœſius cum Gal. in com. & aliſs, legit Mulieri, quæ vteri ſtrangulatu moleſtatur. Sanè vteri ſtrangulatus continetur ſub affectibus hyſtericis, ſed non omnis affectus hyſtericus eſt vteri ſtrangulatus; vteri namque ſtrangulatus eſt particularis affectio contẽta ſub genere hyſtericarum paſſionum; & propterea benè, ſententia mea, legit, Mulieri quæ vterinis moleſtatur, ſiue hyſtericis paſſionibus genericè loquendo moleſtatur; cum etiã vteri ſtrãgulatus græcè dicatur ὑστερικὴ πνὶξ.

36 Mulieri menſes decolores, nec per

per idem ſemper tempus venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

Nec eodem modo, melius legitur: quia de colore menſtruorum hic eſt ſermo Hipp. non vero de tempore. ſi varietur quandoque decoloratio in mēſtruis, purgatio indicatur: ſi autem uniformiter decolora ſint menſtrua, ſignum eſt mulieri naturalia eſſe: Ideo non eodem ſemper modo decolorata menſtrua purgationem indicant; quāquam non per eadem tempora aduenientia; cum etiam nulla ſit temporis mentio hic ab Hipp. & cum menſtruis non eodem tempore accedentibus ſaniſſimè viuant mulieres, vt experientia conſtat.

37 Mulieri vtero gerenti ſi mammæ graciles repente fiant, abortit.

Eſt perpendenda illa particula, repentè; propterea quod ſine ea falſus eſſet aphoriſmus, cum innumeræ videantur mulieres vtero gerentes, quibus octauo, aut nono menſe paulatim mammæ deficiunt, atque graciléſcunt,

quoniam ſcilicet fœtus grãdior factus trahit vniuerſum alimentum, & nullus ſequitur abortus.

Præterea Hipp. 1. de morbis, quibus, inquit, in ventre habentibus, circà ſeptimum, vel octauum menſem de repentè mammæ, & ventris plenitudo collabuntur, & vbera gracileſcũt, & lac non apparet, his dicendum eſt, puerum aut mortuum eſſe, aut viuere, ſed debilem. Quarè dictio illa, de repentè, conſideranda, quoniam ex cauſa præternaturali, & morboſa tunc accidit.

38 Mulieri vtero gerenti & geminos habenti, ſi altera mamma gracilis fiat, alterum abortit: & ſiquidem mamma dextra gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.

39 Si mulier quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet: huic menſtrua defecerunt.

Idem 2. epidim. ſect. 6. 40 Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

41 Si velis noſcere an conceperit

rit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da: & ſi alui tormina patietur, concepit: ſin minus, non concepit.

In hoc aph. deficiunt verba, non cœnatæ: ſcilicet aquam mulſam potandam da non cœnatæ ἀδείπνῳ ἐούσῃ.

Alexander Petronius lib. 1. cap. 11. de morb. gall. affert rationem doloris ex mulſa aſſumpta his verbis. Hinc grauida non cœnata dormitum eunti data mulſa circumtorqueri vterum facit, quoniam hæc, nempè mater, alimenti egena ea veſci contendit; illa contrà, nempè fœtus in vtero, ad attrahendum potentior eandem violenter adſe arripit: Vtriſque igitur contrà pugnantibus, atque huc illuc viciſſim contrà trahentibus, vterum ipſum circum circà torqueri neceſſe eſt.

42 Mulier grauida ſi marem concepit, bene colorata eſt: ſi verò fœminam, male colorata.

In lib. de ſterilibus vbi eadem repetuntur, addit Hippocr. plerumq. hoc eſſe.

Si

Idem Hipp. 1. & 2. de morb. & 2. de nat. mul. propè finẽ.

43 Si mulieris grauidæ in vtero ſit eryſipelas, lethale.

Quibus ſignis cognoſcatur eryſipelas vteri, docet Hipp. lib. de nat. mulie. propè finem.

Idem Hipp. lib. de nat. mul. propè finem.

44 Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes, vtero gerunt, abortiunt prius quàm craſſeſcant.

Hipp. lib. de nat. mul. in fine docet curationem.

Idem Hipp. lib. de nat. mul.

45 Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt ſecundo aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, ijs acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt propter pondus fœtum continere, ſed dirũpuntur.

Hipp. ibidem recenſet cauſam, & ſigna huius abortus. Per acetabula, nonnulli dubitant, vtrum ſint intelligenda ligamẽta, cum Hipp. dicat, quoniam propter pondus non poſſunt fœtũ continere; non acetabula autem, ſed ligamenta continent fœtus. Sed Hipp. verè dicit acetabula.

Idem Hipp. in li. de ſuperfœtatione.

46 Quæcunque præter naturam

craſſæ,

craſſæ, non concipiunt vtero, ijs omētum os vteri comprimit: & prius quàm extenuentur, non concipiunt.

Hipp. lib. de nat. mul. propè finem docet huius ſterilitatis curationem. Et lib. de ſuperfœtatione ait, quod mulieres naturaliter craſſæ concipiunt, ſi non aliud quidpiam ipſas impediat.

47 Si vterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri.

Dictio linamentum, græcè ἔμμοτον eſt; quam dictionem vlceratum legit Alex. Petron. in proprio comm. huius aphor.

48 Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis. Idem lib. 6. epid. ſect. 4. tex. 27. & 2. epid. ſect. 6.

49 Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio appoſito, nares comprime, & os. Idem Hipp. 2 epid. ſect. 5. in fine.

50 Mulieri in vtero habenti, tenaſmus ſuperueniens abortum facit. Idem Hipp. lib. 7. aph. 28.

51 Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quammaximā ad mammas appone. Idem 2. epid. Hipp. ſect. 6.

Quæ

Lib. 2. epid. ſect. 6. Hip. 52 Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.

Iis vteri os coniungitur, non comprimitur, legendum eſt iuxtà græcam literam.

Idẽ 2. epid. Hipp. ſect. 6. 53 Mulieri vtero gerenti, ſi lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem ſignificat. ſi verò mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificãt ſaniorem.

Fœtum imbecillum eſſe colligitur ex eo, quia lac fluens non trahit.

54 Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuantur. Quod ſi rurſus duræ fiant, dolor aut mãmas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

Correſpondent verba huius ſententiæ ijs, quæ in ſuperioribus dicta ſunt.

Idem Hipp. lib. de nat. mul. 55 Quibus os vteri durum eſt, ijs vteri os comprimi eſt neceſſarium.

Legi debet, os vteri coniungi neceſſarium eſt, vt ſuperius diximus.

56 Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter caleſiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter

ficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes, periclitãtur.

57 In fluxu muliebri ſi conuulſio & animi defectus aduenerit, malum.

Vide lib. de genit.

58 Menſtruis largius fluentibus, morbi eueniunt: non fluentibus autem ex vtero morbi contingunt.

Idem Hipp. lib. de genit.

59 Recto inteſtino, aut vtero inflammationem patiente, & renibus purulentis, vrinæ aduenit ſtillicidiũ. iecinoris verò inflammationem ſingultus ſequitur.

60 Si mulier non concipit, ſcire autem velis ſi conceptura ſit, pannis circumtectam infernè ſuffias: & ſi odor videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito quòd ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt.

61 Si mulieri vtero gerenti purgationes procedant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.

Hipp. 1. de morbis ita loquitur. Pronuncio autem de muliere in ventre habente duos, aut tres menſes, & vltrà, ſi menſes ſtatim prodant ſingulis menſi-

menſibus, neceſſe eſt, tenuem ipſam fieri, ac debilem, quandoque & febris corripit ipſam his diebus quamdiù menſes prodierint, ſed & pauci produnt: his vteri magis, quam opus eſt, hiant, & augmentum fœtus dimittunt; deſcendit enim, cum mulier in ventre habet, ſanguis paulatim in vteros à toto corpore, & in orbem circà id, quod in vtero eſt, circumſtans illud auget: Si verò hiarint vteri magis, quam oporteat, ſanguinem ſingulis menſibus, velut procedere ſolet, dimittunt, & quod in vteris eſt, tenue ac debile fit. Si verò curetur mulier, melior & fœtus & mulier euadit; ſi verò non curetur, fœtus corrumpitur, ſed & ipſa periclitatur, ne diuturnum habeat morbum, ſi purgatio pluſquam oportet prodat: quia & poſt corruptionem periculum imminebit, nimirũ vteris magis adapertis. Hæc Hipp. quæ confirmauit lib. de nat. fœtus inquiens, Menſes enim non produnt vbi mulier conceperit intrà ſe ipſam, ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet,

niſi

niſi in quibuſdam primo menſe modicam ſui indicationem faciant. Quarè ſi menſes profluant mulieri vtero gerenti, hoc eſt plenè prodeant, impoſſibile eſt, fœtum eſſe ſanum, velut Hip. in aph. docet.

62 Si mulieri ceſſent purgationes, neque febri, neque rigore ſuperueniente, & faſtidia cibi incidant, iudica ipſam in vtero habere. Idem Gal. lib. de nat. hum. com. 1. tex. 11.

63 Quæcunque frigidos & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt. Et quæcunque præhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunque ſiccos multum, & præcalidos: nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunque verò ex vtriſque mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ ſunt. Gal. lib. de nat. hum. com. 1. tex. 11.

64 Similiter autem & in maribus. Aut enim propter corporis raritatē ſpiritus extrà fertur, ita vt ſemen non tranſmittat ad os, vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concaleſcit,

leſcit, itaque in eo loco concreſcit: vel propter caliditatem hoc idem accidit.

Idem Hipp. 2. epi. ſect. 3

65 Lac dare caput dolentibus, malum: malum verò & febricitantibus, & quibus hypochondria ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis: malum autē & quibus in febribus acutis biliosæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem tabidis dare, qui non valdè multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

Vt alimentum ego dicerem, quia aliàs vt medicamentum lac præbuit febricitantibus, & aliis pluries Hipp. Et quod vt alimentum lac febricitātibus dare non conueniat, colligitur ex eodem Hipp. 3. epid. ſect. 3. in hiſt. Apollonii in Abderis qui lacte vſus cocto & crudo cum incaluiſſet, febres exacerbatæ ſunt.

Idē Hipp. 2. epid ſect. 3.

66 Quibus tumores in vlceribus apparent, non admodum conuel-

lunt ur,

luntur, neque inſaniunt: verum his euaneſcentibus de repente, illis quidem quibus à tergo, conuulſiones & tetani fiunt; quibus autem à fronte, inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi.

67 Si in vulneribus fortibus & prauis tumores non appareant, ingens malum, Idem 2. epidim. ſect. 3.

68 Molles boni, crudi verò mali. Vide Hipp. 6. epid. ſect. 2 com. 9. & 27.

69 Dolenti parte capitis poſteriore: in fronte recta vena inciſa prodeſt.

70 Rigores incipiunt, mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum percurrunt ad caput, ſed & viris parte corporis poſteriore magis quam anteriore, veluti ex femore & cubito. Sed & cutis rara: indicio autem eſt pilus. Idem Hipp. 2. epid. ſect. 3. vide lib. de hum. vſu, & 6. epid. ſect. 3. te. 19. Idem Hipp. 6 epid. ſect. 6. tex. 7.

Hipp. lib. de humid. vſu affert rationem, cur partes poſticæ magis lædantur à frigido, atque magis rigeant quam anteriores.

71 A quartanis capti, non ad- Idē Hipp. 6. epid ſect. 6.

modum à conuulſionibus capiuntur. Si verò prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur.

Hunc aph. Hipp. 6. epid. ſect. 6. repetit in ordine ad epilepſiam, his verbis, A quartana correpti, à magno morbo non corripiuntur; ſi verò corripiantur prius, & ſuccedat quartana liberantur. Quarè ſanat quartana febris magnum morbum nempè epilepſiam, verum etiam & quamcumque aliam conuulſionem ex repletione tamen factam, inquit Gal. in commentario.

Idem 6. epidem. ſect. 6. tex. 7.

72 Quibus cutes circumtenduntur aridæ & ſiccæ, ſine ſudore moriuntur: quibus verò laxæ & raræ, cum ſudore moriuntur.

73 Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.

LIBER

LIBER SEXTVS.

Aphoriſm. 1.

IN longis leuitatibus inteſtinorũ, ſi ructus acidus ſuperueniat, qui prius non erat: ſignum bonum. Idem lib. 2. epid. ſect. 2.

Demenete talem ructum contigiſſe in epid. refertur. Fortaſſis autem licet etiam arte parare ſubiunxit.

2 Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra ſanitate fruuntur: quibus verò contraria, ſalubrius degunt. Idem 6 epidim. Hipp. ſect. 6.

3 In longis difficultatibus inteſtinorum, cibi faſtidium malum, & cum febre peius. Vide 6. epidim. ſect. 7.

4 Vlcera circunglabra, praua ſunt. Idem 6. epidim. Hipp. ſect. 7.

5 Dolores laterum, pectoris, & aliarum partium ſi multum differãt, ſunt conſiderandi: perdiſcendum.

Hipp. lib. 6. epid. ſect. 7. ſic legitur

aphor. iſte. Dolorem in lateribus, & pectore, & alijs partibus, tempora an multum differant, conſiderandum eſt.

6 Renum & veſſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanantur.

Lib. 6. epid. ſect. 7. Renum affectiones, inquit etiam Hipp. non vidi ſanatas ſupra quinquageſimum annũ.

7 Dolores ventris ſublimes, leuiores: qui verò non ſublimes, fortiores.

8 Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta, difficulter ſanantur.

Idem Hipp. 6. epid. ſect. 2. tex. 30.

9 Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.

Idem Hipp. lib. 2. de mor. in Coacis, & lib. de ſalubri dięta.

10 Caput dolenti & vehementer laboranti, pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit.

Verbum περιωδυνέοντι *vehementer dolenti legendum eſt, cum nullus adſit accentus in dictione* περι; *ſi quidem cum dictio* περὶ *cum accentu ſcribitur, circum ſignificat, vt me docuit*

Mar-

Marſilius Cagnatus, & ſic in præſenti aphor. ſi περιωδυνέοντι cum accentu ſcriberetur, circumdolenti legendum eſſet.

Echecrati cæco 7. epid. ægro ſanatus fuit capitis dolor poſt emiſſionem puris per aures.

11 Melancholia & nephritide laborantibus, hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

12 Adiuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur, periculũ eſt aquam inter cutem vel tabem aduenire.

Aliter egit Hipp. in lib. de hæmorrhoidibus.

13 A Singultu correptum, ſternutatio ſuperueniens liberat.

14 Hydrope correpto, ſi aqua è venis in ventrem defluxerit, ſoluitur morbus.

15 Longo alui profluuio laboranti, ſpontaneus vomitus ſuperueniẽs, morbum ſoluit. Vide 1. de morb.

Vide Ariſt. 3. de animal. cap. 15.

16 Pleuritide, & peripneumo- Idem 10. de morb.

nia correpto, alui profluium adueniens malum.

17 Lippientem alui profluuio corripi, bonum.

Idem Hipp. 1. de morb. initio, & in Coacis.

18 Veſſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut præcordijs, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.

Dictio, præcordijs, φρένας in textu græco legitur, ergo de phrane, ſiue ſepto tranſuerſo alias dicto intelligi debet.

Quidã cognomine Gualtrinus fuit vulneratus in ventriculo cum enſe, & non perijt; quia dicerem vulnus fuit per rectum, non per tranſuerſum: & ſic ab aſſumpto cibo non dilatabatur ſed vniebatur, vt in crumena accidit; nummi enim grauantes conſtringunt, non dilatant. Ventriculus ideo ſauciatus non ſanatur, quia ſcilicet vulnus non poteſt coaleſcere, quandocumque per tranſuerſum infligitur, non autem per rectum.

Idẽ in Coacis. & 1. de morb.

19 Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula

ticula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

20 Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.

